B
19
,6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0001-3




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0002-8

A. F. von K[illegible]

D 182.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0004-0

# PRAECEPTA DE CHRIIS

PERSPICVE SVCCIN-
CTEQVE REPETITA
VSIBVSQVE SVORVM
DESTINATA

A

M. TOBIA ECKHARDO, R.

*EDITIO TERTIA*
RECOGNITA ET AVCTIOR.



Cum Privilegio.

---

*QVEDLINBVRGI,*
APVD GODOFR. HENR. SCHWANII, TYP. AVL.
MDCCXXXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0005-5

Universitäts- und Landesbibliothek * Halle (Saale)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0006-1

*VIRIS SVMME REVERENDIS AMPLISSIMISQVE,*

DOMINO

IOACHIMO

QVENSTEDIO

DIOECES. QVEDLINBVRGENSIS ANTISTITI, CONSILIARIO ECCLESIASTICO, AD D. BENEDICTI PASTORI ET GYMNASII INSPECTORI SPECTATISSIMO,

ET

DOMINO

M. IO. HENRICO

RIBOVIO,

ECCLESIASTAE AVLICO PRIMARIO, CONSILIARIO ECCLESIASTICO ET GYMNASII INSPECTORI MERITISSIMO,

*DOMINIS SVIS ATQVE PATRONIS*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0007-7

OBSERVANTER AC STVDIOSE

COLENDIS,

PRAECEPTA HAEC

# DE CHRIIS

ANTIQVA FORMVLA

*D. D. D.*

AVCTOR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0008-2

# VIRI SVMME REVERENDI AMPLISSIMIQVE,

## *DOMINI ATQVE PATRONI MVLTVM DEVENERANDI,*

DIcendi facultatis quo frequentior in hominum conſociatione vſus eſt, eo magis excolenda eſt iis, qui doctrinæ laudem affectant, ceterisque vocem commodare debent, aut cupiunt aliquando. Nec vero differri hoc debet ſtudiorum genus, & Academiis reſeruari: Scholarum hoc opus, hic labor eſt, vt præparentur literarum ſtudiis

diis dediti alumni, quo gravioribus deinceps vacare, & quæ in animis delineata iam ſunt, perpoliri queant ac perfici. Eam adhuc ego docendi hac in parte tenui rationem, vt ſicuti Romani olim Græce dicendi ſtudium excolebant primum, cui Latinas declamationes ſubiungebant, ita Latine dicendi ſtudium habuerim primum, neque tamen vernaculi ſermouis curam ac facultatem negligi cupiam, atque neglexerim. Præcepta quædam de chriis a me tradita, & vtriusque linguæ exemplis illuſtrata, ea, qua fie-

ſieri potuit, breuitate ac perſpicuitate propoſui, typisque vulgaui, non alia mente ac conſilio, quam vt in promptu diſciplinæ meæ alumnis eſſent exempla, & ratio doctrinæ meæ conſtaret. Tantum vero abeſt, vt alios huius generis libellos, quibus ipſe profeci, manibus velim excuti, vt potius eos commendem ſerio, & volui legique cupiam. Veſtra, Viri ſumme Reuerendi, præſcripſi nomina, tum quod eos inter, quorum eſt de ſtudiis cenſere noſtris, præcipuo venerari loco VOS habeam, & in eorum

rum haud ita pridem ſucceſ-
ſiſtis locum ac dignitatem,
quorum prima alteraque e-
ditio præferebat: tum eti-
am, quod meæ in Vos vo-
luntatis obſervantiæq; teſtifi-
cationem publice exſtare vo-
lui. Vos itaque, quicquid o-
peræ iam offero, cuius omnis
a voluntate dignitas æſtima-
ri debet, pro humanitate ve-
ſtra benigne accipietis, ve-
ſtrumque mihi fauorem,
quod oro decenter, ſerva-
bitis in poſterum. Qued-
linburgi, XVI. Cal. Maii,
cIↄ Iↄ cc XXXIII.

I. N. I.

# I. N. I.

1.

CHria *eſt concinna propoſitionum ſeu periodorum connexio, quibus aliqua ſententia explicatur, confirmatur & illuſtratur.* Vox *Chriæ*, vt ipſa dicendi facultas, in Græcia nata, vulgo *vſum* ſignificat, hic autem *verbum artis* eſt, quia *Chria*, prout deſcripta eſt, *vſum præſtat* tum *in vita ciuili*, tum *in dicendi ratione.*

Talis eſt: 1. Protaſis: *Otium eſt turpe.*

Ætiol. *Parit enim vitia.*

Amplific. a Compar. *Sicut aqua, quæ non movetur, corrumpitur: ſic homo otioſus depravatur.*

Concluſ. *Ergo otium vitemus.*

2. Protaſ. Wer in der Welt will fortkommen, muß ſich befleißigen etwas tüchtiges zu lernen.

Ætiol. Denn es ſind viel, die ihr Glück ſuchen, da einer den andern ſuchet vorzukommen.

Amplific. a Contrar. Wer nichts gelernet hat, der bleibet ſitzen.

Concluſ. Derowegen ſoll man in Zeiten etwas nützliches lernen.

§. 2. Quia vero nudæ ejusmodi propoſitiones orationem relinquunt aridam, ſiccam ac ſterilem, ſunt eæ dilatandæ atque amplificandæ, vt iuſtam periodorum formam conſequantur.

§. 3. Ordine vt Chria elaboretur, requiritur 1) *propoſitionum inuentio atque diſpoſitio*, & 2) *elocutio*, ſeu *propoſitionum amplificatio atque connexio.*

§. 4. Prior quidem *ordine* eſt propoſitionum Inventio, quam Elocutio, cum de rebus prius, quam verbis cogitandum ſit: iuuabit tamen *doctrinae* rationem hic habere, & prius agere de Periodorum indole & Propoſitionum amplificatione.

## *CAPVT PRIMVM.*

# DE PERIODO EIVSQVE AMPLIFICATIONE.

§. 1.

PEriodus eſt *propoſitio verbis copioſe amplificata & exornata, vt partes apte inter ſe cohæreant.* Cicero *ambitum* vocat. Iſocrates primus orationem iuſtas in periodos redactam vſurpauit & docuit.

§. 3.

§. 2. Differt Periodus a Propoſitione Logica: propoſitio eſt *nuda ac breuior*; periodus autem eſt *verbis ornata ac copioſa*.

Propoſitio eſt: *parentes ſunt honorandi*. Periodus: *etſi univerſis, quibus beneficiis deuincti ſumus, ſuus tribuendus honos eſt: inprimis tamen parentes, quibus vitam & ſolicitam moleſtamque educationem, eoque fontem omnis boni, debemus, omni honore oportet proſequamur*.

Propoſ. Weißheit iſt angenehm.

Periodus: Das Lob der Weißheit hat durchgehends einen ſolchen Beyfall erlanget, daß ſie bey den meiſten beliebt, angenehm und gefällig iſt.

§. 3. Vt autem propoſitio Logica; ſic ***Periodus*** vel *ſimplex* eſt, vel *compoſita*. Simplex eſt, *quæ vnam exhibet propoſitionem, cuius ſubiectum & prædicatum ſic aucta ſunt, vt meris commatibus partes diſtinguantur*. Talis eſt: *Ita literarum ſtudiis & artibus ingenuis eſt deditus, vt omne iis tempus tribuat, doctrinæque magiſtros diligenter audiat, & eruditionis inſtrumenta, mutos magiſtros, diurna nocturnaque manu verſet*. Der Menſch, die edle Creatur des groſſen Schöpffers, iſt vielen Gebrechen, Schwachheiten, und dem Tod ſelbſt unterworffen.

§. 4. Periodus *ſimplex* eſt vel *ordinata*, vel *inuerſa*. Ordinata eſt, *cum primo loco ſubiectum ſeu nominatiuus, & ſecundo prædicatum ponitur*: Inuerſa eſt, *cum ſubiectum ſeu nominatiuus eleganter loco poſteriori collocatur*. Ordinata eſt:

Cic. pro Arch. *hæc ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium præbent, delectant domi, non impediunt foris.* Ibidem: *Illi ipſi philoſophi etiam in illis libellis, quos de contemnenda gloria inſcribunt, nomen ſuum præſcribunt.* Die Beſcheidenheit iſt eine ſehr angenehme, GOtt und Menſchen gefällige Tugend, und abſonderlich einen jungen Menſchen wohl anſtändig.

Inuerſa: *virtute & clementia maximam rerum geſtarum gloriam, & immortale nomen ſibi peperit Jul. Cæſar.* Was aber am meiſten an ihm zu loben, und der Unſterblichkeit billig einzuverleiben, das war die Tugend.

§. 5. Compoſita periodus eſt, *quæ plures continet propoſitiones, quæ ad ſe inuicem nexum atque reſpectum habent, & per colon vnum vel plura diſtinguuntur.* Talis eſt: *etſi Poëtæ inſignem afferant oblectationem, animosque legentium atque audientium varietate rerum ac numeri mire teneant ac reficiant: multum tamen etiam proſunt, ſaluberrimaque vitæ humanæ præcepta ſuppeditant;* hoc eſt. Poëtæ oblectant & proſunt. Gleichwie ein Kauffmann unter vieler Gefahr mit vieler Mühe und Koſten, gute Waaren anſchaffet, daß er damit dem gemeinen Beſten dienen, und vor ſich etwas erwerben möge: alſo ſuchen Studirende durch viele Bemühung die vortrefflichſten Güter des Gemüths, womit ſie dem gemeinen Weſen dienen, und eine Ehren-Staffel erſteigen mögen.

§. 6. Partes periodi compoſitæ maiores ſunt

an-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0016-6

*antecedens* & *conſequens*; ſeu: *protaſis* & *apodoſis*. Minores partes ſunt *commata* ſeu *inciſa*, & *cola* ſeu *membra*. *Commata* in periodo ſimplici & compoſita; *Cola* tantum in compoſita locum habent.

§. 7. Comma eſt *pars periodi breuiſſima, quæ interdum ſenſum habet perfectum extra periodum, in periodo tamen imperfectum ac dependentem*: Colon eſt *integra propoſitio, ſenſum exhibens perfectum, ſed quæ tamen a reliqua periodi parte dependet*, & nunc commatibus interſtinguitur, nunc ſine commatibus eſt. Cic. pro M. Marcel. *Vidimus tuam victoriam præliorum exitu terminatam: gladium vagina vacuum in vrbe non vidimus*, vbi membra commatibus carent. Ob wohl die Tugend an ſich ſelbſt ihr Vergnügen findet, und keines äuſſerlichen Firnüſſes benöthiget iſt: ſo wird ſie doch viel ſcheinbahrer, wenn ſie von andern geehret und gerühmet wird, vbi membra commatibus diſtincta ſunt.

§. 8. Antecedens eſt *prior pars periodi, quæ integram continet propoſitionem, & alteram reſpicit*: Conſequens eſt *poſterior pars periodi, integram continens propoſitionem, quæ priorem reſpicit*; quod patet ex allatis exemplis.

§. 9. Continet autem Periodus Compoſita vel duo, vel tria, vel quatuor ad ſummum membra ſeu cola; hinc vel *bimembris*, vel *trimembris*, vel *quadrimembris* eſt periodus. Plura ſi membra fuerint, tum vel *Corpus*, vel *Spiritus* appellatur.

*Corpus*, quod & *periodicum* appellatur, membra connectit: *Spiritus* autem longius, ſine connexione, decurrit. Talis occurrit apud Hiſtoricos, inprimis apud Salluſtium, & alicubi in Epiſtolis Paulinis; dicitur etiam oratio *tracta*, vel *pendula*.

§. 10. Periodus Compoſita a particulis, quibus periodi membra parteſque connectuntur, varia nanciſcitur nomina; eſtque vel *conditionalis*, vel *cauſalis*, vel *comparativa*, vel *conceſſiua*, vel *adverſatiua*, vel *explanatiua*, vel *copulatiua*, vel *conſecutiua*.

§. 11. Sunt particulæ 1) Conditionales: *ſi*, *niſi*, *quod ſi*, *dum*, *dummodo*; wenn, ſo, wofern, wenn anders. 2) Cauſales: *quia*, *quoniam*, *cum*, *ſiquidem*, *propterea quod*; denn, dieweil, ſintemahl, aus Urſach. 3) Comparatiuæ: *quemadmodum*, *ſicuti*, *velut*, *vt*; quibus reſpondent: *ita*, *non ſecus*, *ad eundem modum*; gleichwie-alſo auch, nicht anders als, ſo wenig als-ſo ſehr. 4) Conceſſiuæ: *etſi*, *quamuis*, *licet*, *equidem*; quibus reſpondent: *tamen*, *veruntamen*, *nihilominus*; nec non formulæ: *libenter concedo*, *ingenue fateor*, *non ibo inficias*; ob wohl, ob zwar-dennoch. Aduerſatiuæ: *at*, *ſed*, *verum*, *enimvero*, *præterquam quod*; aber, jedoch, indeſſen aber. 6) Explanatiuæ: *præſertim*, *præcipue*, *maxime*, *niſi quod*; abſonderlich, zumahl, überdieß zu geſchweigen. 7) Copulatiuæ: *&*, *quoque*, *etiam*, *ſimul ac*, *quin etiam*, nicht allein-ſondern auch, ja auch, ſo wohl-als, weder-noch. 8) Conſecutiuæ: *cum*, *poſtquam*, *vt*, *ſimul ac*, quibus reſpondent: *ſtatim*, *tunc*, *continuo*, *diu eſt*, *quod*; nachdem, ſo

ſo bald-ſo, dannenhero, & quæ plures ſunt huius generis. Atque particularum eiusmodi ſubſidio propoſitio aliqua multis modis variari poteſt.

§. 12. Vt autem propoſitio in periodum redigatur, opus eſt dilatatione & amplificatione. *Dilatatio* fit verbis; *amplificatio* autem rebus & argumentis, vti Morhofius eas diſtinguit.

§. 13. Verbis augetur ac dilatatur periodus, quando vel ſubiectum, vel prædicatum propoſitionis, vel vtrumque, pluribus circumſcribitur verbis. Atque hoc fit 1) *per Synonyma*, quando voces idem ſignificantes cumulantur. Propoſ. *ſeruus diligens domino gratus eſt.* Dilat. *ſeruus diligens, nauus & laborioſus hero dominoque ſuo gratus & acceptus eſt.*

Pr. *Pax ciuitatem erigit.* Dilat. *pax, otium & tranquillitas ciuitatem atque rempublicam tranquillat, erigit, confirmat florentemque efficit.*

Prop. Hôffart iſt bey GOtt verhaßt. Dilat. Stoltz, Hoffart und Ubermuth iſt bey GOtt dem HErrn verhaßt und ein Greuel.

§. 14. *Synonyma* hic cenſentur non ſolum voces idem prorſus ſignificantes; ſed etiam illæ, quæ ſignificationem habent diuerſam, ad idem tamen deſignandum, vel illuſtrandum, vel nouæ quid ſignificationis atque emphaſeos addendum pertinent, & Exergaſiam efficiunt. v. g. *Fabius e ciuitate proſcriptus, expulſus, exterminatus, proiectus eſt.* Cic. pro Milon. *hæc tanta virtus ex hac vrbe expellatur, exterminabitur, eiicietur?* Cic. pro Roſc. *par eſt auaritia, ſimilis improbitas, eadem impudentia.*

Prop. *bonis legibus ciuitates beatæ fiunt.* Dilat. *bonis moribus, legibus ac inſtitutis ciuitates copioſiſſimæ, locupletiſſimæ, beatiſſimæque poſſunt effici.*

Prop. Alle zeitliche Luſt iſt eitel. Dilat. alle zeitliche Luſt und Vergnügen, das uns in der Welt nur kan gemacht werden, iſt eitel, kurtz und vergänglich.

§. 15. Synonyma eiusmodi vel ſine copula per appoſitionem & aſyndeton coniunguntur, vel per copulam vnam aut plures, ſeu polyſyndeton, connectuntur. *Is homo prauus ac peſtis reipublicæ omnium ſibi odia conflat, conciliat, colligit.*

*Bonæ literæ, artes ingenuæ, ſcientiæ atque diſciplinæ multo ſtudio laboreque & induſtria comparantur.*

*Nauigatio & moleſta, & difficilis, & periculoſa eſt.* Rechtſchaffene Gelehrſamkeit, ſolide Wiſſenſchafft und wahre Weißheit wird nicht aus der Lufft erſchnapſſet, und mit ſo gar leichter Müh erlernet, ſondern erfordert Fleiß, Arbeit, Wachen, und Zeit.

§. 16. Nec vero ſolum voces ſingulæ, ſed integræ etiam propoſitiones per ſynonymiam cumulantur. *Inuidia gloriæ comes eſt, & liuor aliorum laudibus obtrectat, ægrisque oculis fortunam intuetur.* Die Tugend leuchtet auch im Finſtern, und ihr Glantz kan nicht verborgen bleiben, und ihre Vortrefflichkeit fället jederman in die Augen.

§. 17. Illud vero cauendum eſt, ne Synonymia abeat in nimiam verboſitatem, & oratio in otioſam loquacitatem degeneret. v. g. *Caius*

*Fa-*

*Fabium gladio & enſe crudeliter interfecit, necauit, interemit, occidit.* Melius: C. F. *perfide ac crudeliter ferro necauit ac trucidauit.* Excellit in ſynonymia inter veteres Cicero, inter recentiores Muretus.

§. 18. Dilatatur propoſitio 2) per **epitheta** h. e. *adiectiua* & *aduerbia*, quando ſubſtantiuis apta adduntur adiectiua; verbis & adiectiuis convenientia iunguntur adverbia. Propoſ. *virtus eius profuit reipublicæ.* Dilat. *virtus eius* ſingularis atque incredibilis *reipublicæ* concuſſæ ac labefactatæ inſigniter mireque *profuit.* Die ſiegreiche Auferſtehung unſers hochgelobten Heylandes JEſu Chriſti iſt eine reiche und unerſchöpfliche Quelle kräfftigen Troſtes wieder die nagende Sünde und Schreckniß-vollen Tod.

Er hat ſeine viele und höchſt-wichtige Geſchäffte vernünfftig und vorſichtig abgehandelt.

§. 19. *Epitheta*, hoc eſt, *adiectiua* & *aduerbia* multum momenti in oratione habent: nam orationem non modo copioſam & ornatam efficiunt, verum etiam vim & neruos addunt, ita vt quæ nihil ſplendoris & dignitatis ſine epithetis habitura eſſet oratio, per ea & ampla, & ornata, & panderoſa exiſtat. Quod enim in corpore ſunt oſſa, nerui & cartilagines; id in oratione ſunt epitheta; hinc vno ſæpe epitheto plus dicitur, quam integra periodo. Cic. *gens humanitate barbara, audacia furens, crudelitate immanis.* Sic: *imperare* ſuperbe, h. e. *omni crudelitate rempublicam vexare, exhaurire & euerſum ire: Amici-*


tiam

*tiam* religioſe *colere* h. e. nihil committere, vt diſſoluatur amicitia: *arroganter* ingenium oſtentare; *diffidenter* ſpem omnem abiicere. Victor *moderate clementerque* victoria vſus eſt: nihil *temere negligenterque* in republica ſuſcepit: *cupidiſſime* iniuriam perſequi. *Impure*, *nefarie* & *impie* egit Nero. Sic conuenienter dicitur: inconſulta *temeritas*, hians *auaritia*, profuſa *gratia*. C. S. Schurtzfleiſchius in Epiſtolis huius generis elegantiſſima ſuppeditabit exempla. Germanis epitheta, in Poeſi inprimis, maximum præſtant vſum. Der langwierige und blutige Krieg iſt glücklich beygeleget, und der lang gewünſchte und angenehme Friede geſchloſſen.

§. 20. Illud vero obſeruetur oportet, vt epitheta, ſeu adiectiua rei accommodata, maximeque ſignificantia, quæ genius & vſus linguæ comprobat, deligantur; ſecus ſi fiat, frigidam & ineptam orationem efficiunt. Accommodate dico: humanitas *inuſitata* & *ſingularis*; reichlich, nothdürfftig, kärglich verſorgen. Minus bene: humanitas *læta*, *anguſta*, *tranquilla*; friedlich, hoffärtig verſorgen. Deinde cauendum, ne adiectiua duo ſine copula vni ſubſtantiuo addantur, niſi tertium addatur per copulam. Minus recte dico: *gloria* vera, grauis *præmium virtutis eſt*; bene dixeris: *gloria* vera grauis & conſtans, vel, gloria vera & grauis *præmium virtutis eſt*.

§. 21. Dilatatur propoſitio 3) per *anthiteta* ſeu *contraria*, quando voci vel phraſi alicui vox vel phraſis quocunque modo contraria præmittitur,

tur, vel ſubiungitur: atque hoc inprimis facit & ad amplificationem, & ad numerum periodi.

Prop. *Alexander in prælio pugnauit fortiter.*

Period. *Alexander, cum ad prœlia ventum eſt, non in poſtrema, ſed prima acie ſtetit, nec otioſus ſpectator, ſed bellicoſus pugnator fuit.*

*Homo eſt non tam virtutibus & honeſti ſtudio, quam vitiis, deſidia & voluptate ſpectatus*, hoc eſt, *eſt homo vitiis oppletus.*

*Non longior hæc vita eſt, multisque annorum centuriis abſoluitur; ſed breuis eſt, & anguſtis arctisque annorum finibus circumſcripta*, h. e. *vita eſt breuis.* Mit der Gelehrſamkeit iſt es nicht ſo bald gethan, wie etwan eine andere profeſſion ergriffen wird, ſondern es wird Zeit, Mühe und Fleiß erfordert.

§. 22. Contraria hic vocantur, quæcunque modo aliqua ratione opponuntur ſibi ac diuerſa ſunt, ſiue relatiue, ſiue contrarie, ſiue priuatiue, ſiue contradictorie id fiat, ſiue etiam diuerſa tantum ſint. *Homo eſt non auarus & tenax, ſed beneficus ac liberalis*, hoc eſt, *homo eſt liberalis.*

*Non in tenebris ac ſqualore iacet, ſed in luce verſatur ac in ſole incedit*, hoc eſt, clarus eſt.

Er hat ſeine Zeit nicht mit Müßiggang zugebracht, und Ergötzlichkeit geſuchet, ſondern hat mit allen Fleiß ſein Ammt verrichtet, und keine Mühe ihm verdrieſſen laſſen.

§. 23. Dilatatur propoſitio 4) *per periphraſin*, quæ orationem & ampliorem & numeroſam reddit. Latinis hæc *obliquatio*, Græcis πλαγιασμὸς appellatur.

§. 24.

§. 24. Fit autem Periphraſis 1) Si ſubſtantivo aliud ſubſtantiuum ſiue proprium, ſiue metaphoricum addatur. Sic dicitur: *ſolis iubar*, *auaritiæ vitium*, *ſacrilegii crimen*, vel *impietas*, *res voluptatis*, *vis frigoris*, *calamitas exilii*, *nomen Poëtarum*, *lux Academiæ*, *ratio conformatioque doctrinæ*, *igniculus deſiderii*, *dignitatis vigor*, *vindictæ rigor*, *acerbitas*. Das Lob der Tugend, die Schätze der Gelehrſamkeit. Vbi voci, ſi ſpeciem ſignificat, vox additur generis notionem habens, vt *roſæ flos*, *auri metallum*, *chalybum metalla*, Virgil. *virtutis habitus*; ſin actionem vel paſſionem, alia generalior adiungitur, quæ conſimilem actionem vel paſſionem ſignificat, vt *inſtitutionis diſciplina*, *captiuitatis malum*, *belli tempeſtas*, *vaſtitas*, *ſeruitutis anguſtia*, *itineris moleſtia*. Des Krieges Ungemach, die Friedens-Sonne.

2) Si adiectiuum conuertatur in ſubſtantiuum, addito alio adiectiuo, quod vel intendit, vel minuit, v. g. *vir inuſitata ſapientia*, h. e. ſapiens: *vir magno ingenio*, h. e. doctus vel ingenioſus: *homo barbara crudelitate*, h. e. crudelis; *vir præcipuæ nobilitatis*, i. e. nobilis: *vrbs eſt magnitudinis inſignis & opibus ampliſſimis*, h. e. magna & opulenta, *homo eſt doctrina præſtanti*, *ſingulari grauitate*, *humanitate*, *pulchritudine inſigni*, *mira deformitate*. Sic Germani: Es iſt ein Mann von ungemeiner Gelehrſamkeit; die Perſon iſt von ausbündiger Schönheit.

3) Si adiectiuum deſcribitur per ſuum ſubſtantiuum, addito participio vel adiectiuo conuenienti.

ti, v. g. *homo pietate conſpicuus*, h. e. pius, *homo audacia furens*, h. e. audax: *eſt homo intemperantia diffluens*, h. e. intemperans; *inuidia ardens*, *ſuperbia inuiſus*, *animal ferocia laſciuiens*, h. e. ferox; *ſermo obſcuritate laborans*, h. e. obſcurus: ein mit ſchönen Tugenden begabter Menſch, h. e. ein tugendhaffter Menſch.

4) Si verbum mutatur in nomen, & aliud verbum additur, v. g. *laudibus afficitur*, *ornatur*, *effertur*, h. e. *laudatur*: *cædem hominis facere*, h. e. *occidere hominem*, *gaudio ſe effert*, i. e. gaudet; ſic Germani dicunt: eines Lob erheben, das iſt, loben; einen theuren Schwur thun, das iſt, ſchweren: Wiſſenſchafft, Gelehrſamkeit haben, das iſt, wiſſen, gelehrt ſeyn.

§. 25. Simili modo adiectiua poſitiua, comparatiua & ſuperlatiua, aduerbia aliæque orationis partes augeri ac dilatari poſſunt. Sic *Poſitiuis* additur *per*, *admodum*, *egregie*, *mire*, *inſigniter*, *inprimis*, *cumprimis*, *in paucis*: ſehr, vortrefflich, v. g. *amice in paucis dilecte*, *vir inprimis clarus*, *egregie doctus*: ſehr gelehrt, vortrefflich ſchön. *Comparatiuo* adduntur *longe*, *multo*, *multis partibus*, *tanto*, *quanto*, v. g. *multis partibus animus corpore eſt præſtantior*: Superlatiuo adduntur *longe*, *multo*, *quam*, *perquam*, *omnibus modis*, *partibus*, *numeris* v. g. *vir longe eruditiſſimus*; *omnibus numeris perfectiſſimus*; *quam humaniſſimus eſt*.

§. 26. Vti verba ſingula, ſic integræ etiam ſententiæ dilatantur atque augentur 1) *per Synonyma* vel propria, vel metaphorica, quæ inpri-

primis elegantiam habent v. g. *per mihi gratæ literæ fuerunt tuæ, nec illis quicquam iucundius ſuaviusque fuit.*

*Mors omnibus communis eſt, nec vlli parcit hominum, omnesque demetit, quos in mortalium cenſu invenit.*

Die Peſt rafft viel Menſchen hin, und verſetzt ſie in die Zahl der Todten.

2) *per Anthitheta*, ſeu remotionem contrariorum, v. g. *mors nulli parcit hominum, ſed æquo pulſat pede regum turres pauperumque tabernas.*

*In re quavis tibi officiis meis adero, nec fruſtra vnquam meum implorabis offitium.*

Nicht durch Trägheit und Müßiggang gelanget man zur Gelehrſamkeit, ſondern durch viel Bemühen und ſteten Fleiß muß der Pindus-Berg erſtiegen werden.

3) *per Epitheta*, quando ſententia quædam per parembolen vel parentheſin inſeritur, aliaque vel declaratur, vel reſtringitur, vel exemplum aut teſtimonium aliquod inſeritur.

*Præclarum ingenium*, quod a benigna habet natura, *magnum promittit virum, & egregia in rempublicam officia.*

*Iuſtitia*, cuius de cœlo origo eſt, *fulcrum & ſtabilimentum eſt reipublicæ.*

*Appropinquante hyeme*, quæ rigidiſſima triſtiſſimaque anni pars eſt, *dies decreſcunt, & longiores noctes fiunt.*

*Fortuna dubia & anceps eſt*, &, ut apud Q. Curtium Darius ait, *nunquam diu eodem ſtat veſtigio.*

§. 27.

§. 27. Vberrimus dilatandi variandique fons eſt, ſi propoſitio ſecundum figuras Rhetoricas dilatetur ac varietur.

Prop. *Prudentia res eſt præſtans*, dilat. *prudentia, quæ facit, vt prudenter agant homines, temporique inſeruiant, res eſt præſtantiſſima, nobiliſſima, vtiliſſima.*

*Virtutis amor, ſi quidem amor, & non potius admiratio, optimos animus excitat.*

*Quid præſtantius prudentia? Quid nobilius prudentia? quid maiorem vſum rebus affert humanis prudentia? Prudentia domos adminiſtrat, ciuitates regit, regna & imperia gubernae, nec quicquam in rebus humanis exiſtit, quod præſtantius magisque divinum ſit.*

Jch frage euch, ſagt mir, ob ihr nicht eine angenehme Empfindlichkeit bey euch vermercket, wenn ihr die Hiſtorien leſet, oder nur dieſelben erzehlen höret.

§. 28. Amplificatur propoſitio, cum ſentententia aliqua ita augetur, vt verbis non ſolum, ſed rebus etiam dilatetur. Atque hoc fit

Primo *per formulas iudicantes*, quibus iudicium noſtrum de ſententia proponimus. Prima eſt: *qui ſubiectum expenderit, prædicatum hoc inueniet.*

*Vita hominum breuis eſt*: amplif. *Qui vitae humanæ rationes animo ſecum reputauerit, videritque obire homines, cum optime florent, & longas adhuc ſpes inchoant, is breuem eam, fragilem atque caducam eſſe ſentiet.*

Das Land-Leben hat ſeine Ergötzlichkeit. Amplif.

plif. Wer das Land-Leben recht einſiehet, und bedencket, daß bey demſelben die Wunder-Wercke der Natur zum öfftern ſich darſtellen, der wird nicht in Abrede ſeyn, daß es nicht auch ſeine Ergötzlichkeiten habe.

§. 28. Altera eſt: *nemo tam diſertus eſt, qui ſatis deſcribere poſſit, quomodo prædicatum ſubiecto conueniat.* Cicero pro M. Marcello: *nullius tantum eſt flumen ingenii, nulla dicendi aut ſcribendi tanta vis, tanta copia, quæ non dicam exornare, ſed enarrare, C. Cæſar, res tuas poſſit.*

*Hiſtoria eſt vtilis*: amplif. *nemo tanta valet dicendi copia, etiam ſi exercitatus ſit maxime, vt ſatis deſcribere queat hiſtoriæ vtilitatem & fructum, quem affert lectoribus.*

*Literæ proſunt reipublicæ.* Amplif. *Quis eſt, cuius tantum ſit dicendi flumen, tantaque verborum copia, vt digne ſatis exponere poſſit, quantum vtilitatis ac commodi bonæ artes ac literæ afferant reipublicæ ac ciuitati.*

Ein gut Gewiſſen iſt der beſte Schatz. Niemand wird jemahls gelebet haben, der gnugſam mit Worten ausdrücken könte, was ein gut Gewiſſen vor ein herrlicher Schatz ſey.

§. 30. Tertia eſt: *qui turpe noxiumque ſubiectum hoc conſiderat, is dolet vel indignatur, peſſimum hoc adeſſe prædicatum.*

*Opinio ſcientiæ eſt doctrinæ impedimentum*: amplif. *nunquam recogito, quam frequens penes iuuenes ſcientiæ ſit opinio, quin animo vehementer doleam,*

*quod*

*quod ipſi ſibi impedimento ſint, quo minus eum ſibi pa-
rent doctrinae modum, quem poterant conſequi.*

Lügen iſt ſchändlich. Wer bedencket, was Lügen ſey, und wie es geſchehe dem Nächſten zu ſchaden, oder zu hintergehen, der wird dieſes Laſter als was unanſtändiges und höchſt-ſchändliches anſehen und beſchreiben.

§. 30. Quarta eſt: *Cui ſubiectum hoc conuenit, ei & prædicatum conueniat*, & viciſſim: *cui prædicatum hoc conuenit, ei & ſubiectum conueniat oportet*; quæ tamen ibi maxime procedit, ſi æque late patent ſubiectum ac prædicatum. *Bellum reipublicæ affert damnum.* amplif. *qua in republ. bellum geritur, atque per vim res agitur. ea certe nil niſi damna ſibi polliceri poteſt.*

*Si rempublicam mihi dicas, quæ & rapinis exhauriatur, & cineres vrbium atque vicorum funeraque hominum videat, & damna eiusmodi capiat, ea omnino bello affligitur.*

Gedult iſt im Unglück das beſte Mittel. Wer im Creutz nnd Widerwärtigkeit Gedult hat, und was ihm begegnet, mit gleichen Gemüth aufnimmet, der kan verſichert ſeyn, daß er das beſte Mittel erwehlet.

Wenn jemand mich fragen ſolte, was wohl bey widrigen Verhängniß und Unglück das beſte Mittel wäre, ſo würde ihm die Gedult recommendiren.

§. 31. Sunt & aliæ formulæ longe plures, quæ ad amplificationem ſententiæ faciunt. Huc pertinent: *conſtat inter omnes, ego ſic ſentio & animum induco, mihi perſuadeo, illud ego affirmo, nemo negaverit, non poſſum adduci, ut credam,*

 *qui*

*qui veritati non aperte vult refragari, non ſpero, non dubito, hoſtis ſit veritatis*, & quæ aliæ ſunt hiſce ſimiles.

§ 32. Secundo ſententiæ fit amplificatio, cum ad amplificandam ſententiam vel contrarium, vel ſimile, vel exemplum, vel teſtimonium aſſumitur.

*Virtus ornat hominem* : amplif. 1. per contrar. *Virtus non perinde, ut vitium, dedecori eſt homini, eumque inviſum aliis reddit, ſed eum perficit, ornat aliisque commendat.*

2. per ſimile. *Quod phaleræ equo generoſo, id homini virtus eſt, quæ decus & ornamentum illuſtre conciliat.*

3. per exemplum. *Virtutes homini perpetuum circumdant ornamentum, & laudem pariunt immortalem, uti Ariſtides, Scipio & alii hodieque ob virtutis præſtantiam celebrantur, & immortale nomen habent.*

4. per teſtimonium. *Virtus, quod Seneca ait, magnum ſui decus eſt, hominique, eam qui poſſidet, pariter decus & ornamentum conciliat.*

Danckbarkeit iſt angenehm. amplif. 1. per contrar. Wie ein undanckbares Gemüth unanſtändig und verhaſſet iſt, alſo iſt hingegen die Tugend der Danckbarkeit wohlanſtändig, beliebt und angenehm.

2. per ſimile: ein danckbares Gemüth, das die empfangene Wohlthaten erkennet, und nach Vermögen erwiedert, iſt gleich einem guten Acker, der den empfangenen Saamen reichlich wieder giebet, und deswegen hoch gehalten wird.

3. per

3. per exemplum. Der mit danckbaren Gemüthe die empfangene Gutthaten erkennet und zu verſchulden trachtet, wie der groſſe Alexander zu Theben ſeinen Gutthätern gethan, die er am Leben erhalten, der wird ihm ein ſtetes Denckmahl ſtifften.

4. per teſtimonium. Wer bedencket, was Seneca ſchreibet: gratus ſum, ut rem iucundiſſimam faciam, der wird leicht zugeſtehen, daß die Danckbarkeit etwas angenehmes ſey.

§. 33. Tertio amplificatur ſententia, ut periodus inde enaſcatur, *periphraſi*, quando ſubiectum, vel prædicatum, vel vtrumque per circumſtantias vberius deſcribitur. Sunt aut circumſtantiæ:

*Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo quando*, quibus Morhofius *quale* & *quantum* vult addi. Delic. orat. P. II. c. 4. §. 4. ſ. Nec vero neceſſe eſt, vt omnes periodo circumſtantiæ eoque ordine, quo ſunt poſitæ, ingerantur, ſed quæ præ ceteris ordine conuenienti accommodatæ ſunt.

§. 34. Iſte vero modus inprimis locum habet in deſcriptione factorum & narrationibus. Significat autem *quis* agentem vel patientem: *Quid* actionem vel factum: *Vbi* locum, in quo res geſta: *quibus auxiliis* ſocios agentis, nec non inſtrumenta: *Cur* cauſam ſeu finem, cur fecerit: *Quomodo* modum agendi: *Quando* tempus, quo quid factum eſt: *Quale* determinat modum, exprimiturque per adiectiua: *Quantum* exaggerat per adiectiua vel aduerbia, quæ duo viuidam maxime periodum reddunt.

Carolus VI. Imperator inauguratus eſt. *Quis*

Carolus VI. filius Leopoldi, Archidux Auſtriæ, & Hiſpaniarum Rex. *Quid?* inauguratus eſt Imperator. *Vbi?* Francofurti ad Mœnum, in templo S. Bartholomæi. *Quibus auxiliis?* ab Electoribus Moguntino, Treuirenſi, Palatino & ceterorum legatis. *Cur?* ut præſit Germaniæ, eiusque ſalutem curet. *Quomodo?* ſolenniſſime. *Quando?* anno 1711. d. 22. Decembris. *Quale?* Princeps omnibus virtutibus præſtantiſſimus. *Quantum?* auguſtiſſima ſolennitate. Hinc naſcitur ſequens periodus:

*CAROLUS VI. Leopoldi M. filius, Archidux Auſtriæ & Hiſpaniarum Rex, Princeps omni virtutum genere præſtantiſſimus, Francofurti ad Mœnum, vrbe imperii libera ampliſſimaque, ab Electoribus imperii eorumque legatis ſplendidiſſimis in auguſta Principum procerumque præſentia anno 1711. die 22. Decembris ſolenniſſime eſt inauguratus Imperator, vt imperio Rom. Germanico præſit, eiusque ſalutem, pacem & ſecuritatem promoueat.*

Judas hat JEſum verrathen. Quis? Judas Iſcharioth, JEſu Jünger. Quid? hat JEſum verrathen. Vbi? im Garten. Quibus auxiliis? Des Hohenprieſters Leuten und Elteſten des Volcks. Cur? Daß er 30. Silberlinge empfangen könte. Quomodo? Durch einen Kuß. Quando? Nach dem Abendeſſen, da JEſus im Garten gebethet hatte. Quale? JEſum ſeinen Meiſter und HErrn. Quantum? Schändlicher und undanckbarer Weiſe. Hinc naſcitur periodus.

Judas Iſcharioth, der höchſt undanckbare und gottloſe Jünger JEſu, hat ſeinen Meiſter und

HErrn,

HErrn, da er nach dem Abendeſſen im Garten gebethet, ſchändlicher Weiſe des Hohenprieſters Leuthen durch einen Kuß verrathen, damit er den Lohn der Ungerechtigkeit, 30. Silberlinge, verdienen möchte.

§. 35. Quarto locupletiſſimi periodos amplificandi fontes ſunt *Loci Topici*, ex quibus vel ſingulis, vel pluribus ſimul ſententia aliqua poteſt amplificari. Non enim facile periodus eſt, quæ non ad Locos hos reuocari poſſit, etſi de iis in ſcribendo non cogitetur, & aſſuetudine magis & vſu concinnetur. Tironibus igitur, qui ſecundum artis leges periodum volunt conficere, non ſine fructu Loci Topici commendantur, quo & meditandi cogitandique occaſionem habeant, & dicendi copiam exerceant. Ariſtoteles primum, & poſt eum Cicero, monſtrarunt vſum, quem in dicendi facultate habent, etſi hodie fere reiiciantur. Morhoff. l. c. P. II. c. I. ſ. conf. Jo. Chr. Langii Tyrocinium eloqu. p. 65. ſ.

§ 36. Sunt autem Loci: Notatio, Definitio ſeu Deſcriptio, Cauſa efficiens, Materia, quo pertinet Subiectum & Obiectum, Forma, Finis, Effecta, Adiuncta, Genus, Species, Totum, Partes, Circumſtantiæ, Oppoſita, Comparata, Exemplum, Teſtimonium, quorum deſcriptiones & Regulas Logica ſuppeditat. De circumſtantiis actum iam eſt §. 33. ſeq. De quatuor reliquis, nimirum Oppoſitis, Comparatis, Exemplo & Teſtimonio §. 32. agitur.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0033-1

§. 37. Duobus autem hic modis licet procedere: nam vel ex vno amplificatur Loco propoſitio, eoque vel ſolitario, vel multiplicato, h. e. cum vnius rei plures Cauſæ efficientes, plura effecta, adiuncta, fines, comparata, congeruntur; id quod orationem maxime copioſam & luculentam reddit: vel 2. ſimul ex pluribus Locis, prout ſubiecti ac prædicati admittit conditio, vel periodus debet extendi. Neque vero omnes Loci omnibus ſententiis æque conueniunt, ſed modo Cauſa Efficiens & Finis, modo Effecta, modo Adiuncta, modo Partes applicantur rectius, id quod ex reipſa diiudicandum.

*Victoria eſt dubia.* period. ex L. Cauſ. effic. *Victoria a Deo eſt & modo huic, modo illi conceditur, prout is res gentis alicuius vel euehere, vel affligere cupit.*

*Doctrina paratur diligentia.* period ex L. Cauſ. effic. multiplicatæ: *ad doctrinæ parandum habitum magna opus eſt diligentia, ſiue audiendi ſint doctores, ac magiſtri, ſive libri aſſidue voluendi legendique, ſiue exercitatio meditatioque frequens inſtituenda.*

*Literæ ſunt magnifaciendæ.* period. ex L. effector. *Si nihil aliud boni mortalibus literarum cultura attuliſſet, quam quod aſperitatem omnem, & horridos atque feros mores propuliſſet, permultum foret, quod tribuere eruditioni mortales oporteret.* Cunæus or. 2.

Leipzig iſt eine ſchöne Stadt. period. ex L. partium. Man betrachte nur die in Leipzig blühende Academie, das wohleingerichtete Regiment,

den

den ordentlichen Gottesdienſt, die vortrefliche Kauffmannſchafft, die ſchönen und wohlgebaueten Häuſer, die höflichen Sitten, ſo wird man geſtehen müſſen, Leipzig ſey eine ſchöne und vor vielen andern preißwürdige Stadt.

Literæ ſunt vtiles: period. ex L. Effect. multiplic. *Literæ inditos nobis a natura honeſtatis igniculos excitant, luxuriantes quaſique fruticantes cupiditates ſtringunt ac coercent, easque rationis finibus regnant, abducunt a vitiis, duces & magiſtræ ſunt ad virtutem, proſperis in rebus ornamenta ſunt, ſolatio in aduerſis, neque illis exultare atque efferri ſuos, neque his frangi ac deprimi ſinunt.* Muret. P. 1. or. 23.

Fürſten haben Sorge. period. ex L. Notat. Cauſ. Effic. Fin. & Part. Fürſten, die von GOtt geſetzet ſeyn, daß ſie dem Volcke fürſtehen, und deſſen Wohlfart, Ruhe und Sicherheit befördern ſollen, müſſen viel wachen und ſorgen, und viel Beſchwerde über ſich nehmen.

§. 38. Decus periodi eſt numerus, cum verba, praeſertim in fine ita ponuntur, ut ſuaviter afficiat aures. Leges is certas non habet, etſi praeſcribantur nonnullæ, ſed aurium relinquitur iudicio; hoc autem clara periodi pronunciatione optime percipitur. Apud Graecos Demoſthenes, apud Romanos Cicero numeri in primis habuerunt rationem. V. Cl. Jo. Chr. Knauthii Analecta ſtyli c. III.

 CAPVT

## CAPVT SECVNDVM.

# DE INVENTIONE CHRIÆ VARIAQVE DISPOSITIONE.

§. 1.

*CHriæ inuentio eſt & thematis, & argumentorum, quibus thema probatur & amplificatur, excogitatio.*

§. 2. Thema *eſt propoſitio, vel orationis ſumma, ad quam cetera cuncta reſpiciunt & accommodanda ſunt.* In Chria *Protaſis*, in Epiſtolis & breuibus orationibus *Conſequens*, vel *Hypotheſis* propoſitionem ac *Thema* conſtituit.

§. 3. Thema vel *ſimplex* eſt vel *compoſitum*, *Simplex* eſt terminus ſimplex v. g. *de pace*, *de philautia*, *de terræ motu*, von der Dornen-Crone Chriſti; *compoſitum* eſt integra propoſitio, v. g. *virtutem cum literis eſſe coniungendum*: Zur Gelehrſamkeit wird Fleiß und Zeit erfodert. Simplex vix locum habet, niſi in ſcholaſticis orationibus, quæ exercitii vel officii etiam cauſa habentur, etſi vix ita tractetur, vt non admiſceatur compoſitum. In vita ciuili coniunctum obtinet Thema, v. g. *gratulor de nouis honoribus, iusiurandum fidelitatis præſtandum eſt Principi.*

§ 4. Of-

§. 4. Offert thema vel caſus, vel libere eligitur: hinc *thema* vel *datum*, vel *acceptum* eſt.

§. 5. Thema *Datum* non opus habet inuentione, quia caſu offertur atque ſuggeritur. Cum oratoris officium poſtulatur, *vt Principi gratuletur de nato principe, vel dolorem ſignificet in morte parentis, vel ſi gratiæ ſint agendæ pro conceſſo munere, vel parentandum ſit*, thema offertur, nec opus eſt Solicita perueſtigatione.

§. 6. *Acceptum* thema vel *liberum* eſt, quod ſine vllo reſpectu ad aliud pertractatur, v. g. *de peregrinationibus eruditorum*; vel *adſtrictum*, quod reſpectum ad thema datum habet, v. g. Das Menſchliche Leben iſt eine Wanderſchafft, ſi parentandum ſit.

§. 7. *Liberum* inprimis locum habet in Orationibus, quæ exercitii cauſa habentur; cum vel Sententia alicuius auctoris, vel Symbolum, vel Emblema, vel Exemplum, vel præceptum morale, vel quæſtio aliqua ex Hiſtoria, aut alia quauis diſciplina conuenienti oratione pertractatur. Tale eſt

1. Dictum Senecæ L. VII. de benef. c. 2. *Voluptas breuis eſt, & longum parit dolorem.*

2. Symbolum Ferdinandi III. *Pietate & iuſtitia.*

3. Emblema, quo exhibetur rupes in mari, ad quam fluctus alliduntur, cum lemmate: *immobilis,*



4. Præ-

4. Præceptum morale: Verlaß deinen Freund nicht, wenns ihm übel gehet, Sir. 22, 28.

5. Quæſtio: an plures dentur mundi. item: Ob man mit Ungläubigen ſich könne in Bündniße einlaſſen.

§. 8. *Adſtrictum* thema datum reſpicit, aptamque cum eo connexionem quærit, & locum inprimis habet in Chria a Theſi ad Hypotheſin. Si parentandum ſit viro graui beneque de republica merito, & occurrat memoriæ Symbolum FRIDERICI WILHELMI, Regis Pruſſiæ: *Semper idem*, Thema præbebit *adſtrictum*: quod cum *Dato* connecti poterit, quod defunctus in vita *ſemper idem* fuerit; nunc autem per mortem facta ſit, felix tamen, commutatio. Sed plura inferius occurrent.

§. 9. Quia vero orator non ita nude proponit thema, quod inuentum eſt, ſed id agit, vt declaret illud, probet ac veriſimile reddat, & auditoribus lectoribusque inſinuet ac perſuadeat, de argumentis cogitandum eſt, quibus obtineat, vt diſerte ornateque dicat.

§. 10. *Argumenta* itaque ſunt *quæuis rationes & modi, quibus thema declaratur, probatur atque auditores conciliantur, ac commouentur.*

§. 11. Ne autem confuſe inordinateque thema cum argumentis collocetur, opus eſt diſpoſitione. Eſt enim *diſpoſitio ordinata rerum inuentarum collocatio, vt ordine fluant apteque cohæreant.*

§. 12. Ve-

§. 12. Veteres, quos ad noſtra fere tempora ſecuti ſunt, vnam tradiderunt Chriæ diſpoſitionem, nimirum Aphthonianam, ſic dictam ab Aphthonio, ſeculi ſecundi Sophiſta; hodiernus autem dicendi vſus, præeunte inprimis viro celeberrimo meritiſſimoque, Chr. Weiſio, plures invenit, vel potius diſtincte magis e veteribus eruit & declarauit, inſigni cum fructu in dicendi arte: nam prout fert vſus, & materia permittit, aut occaſio requirit, modo hac, modo illa Chriæ forma vtimur. Ex Cicerone exempla ad imitationes ſuppeditat Cl. Vinhold in Periodis & Chriis Ciceronianis.

§. 13. Etenim præter Chriam Aphthonianam occurrit: 1) Chria Practica ſeu Oratoria: 2) Chria inuerſa per Antecedens & Conſequens: 3) Chria inuerſa per Theſin & Hypotheſin: 4) Chria Libera ſeu Arbitraria, & 5) Acceſſoria. Atque Chriis hiſce tota fere ars dicendi conſtat, cuius in vita ciuili vſus eſt; & longiores etiam orationes, quas ſcholaſticas dicuint, e variis compoſitæ ſunt Chriis.

## *CAPVT TERTIVM.*

# DE CHRIA PRACTICA SEU ORATORIA.

§. 1.

CHria *Practica* vel *Oratoria* dicitur, quia in praxi oratoria obtinet, & oratori vſui

vſui eſt maxime, ſi ei dicendum ſit. Quæ cum facilima ſit, de ea primo loco agemus.

§. 2. *Chriæ* huius *partes* ſunt *quatuor: Protaſis, Aetiologia,* ſeu *Ratio, Amplificatio & concluſio.* Ex his *duæ* ſunt *neceſſariæ*, ſine quibus nulla conſiſtit Chria, nim. *Protaſis* & *Ætiologia*; *duæ minus neceſſariæ* ac liberæ, quæ tantum illuſtrandæ & commendandæ ſententiæ inſeruiunt, nim. *Amplificatio* & *Concluſio.* Chriæ ſunt:

1. Protaſ. *Vir probus ac prudens auctoritate valet.* ætiol. *nam exemplo prodeſt, & bene conſulit reipublicæ.*

2. Ein Knecht muß thun, was ihm befohlen wird. ætiol. Denn darum bekömmt er ſeinen Lohn und Unterhalt.

3. Protaſ. *Ad doctrinam parandam opus eſt magiſtro.* ætiol. *Is enim viam oſtendit, qua doctrina artiumque ſcientia paratur.*

Amplif. *Qui iter ingreditur ignotum, ei duce opus eſt.*

4. Protaſ. Wer dienſtfertig iſt, der iſt bey den Leuthen angenehm.

ætiol. Denn ein jeder ſiehet gern, wenn ihm jemand zu willen iſt.

Amplif. Eine Blume, die einen angenehmen Geruch giebet, iſt angenehmer, als die gar keinen hat.

Con-

Concluſ. Derowegen ſoll man ſich gegen andere dienſtfertig auffuͤhren.

§. 3. *Protaſis* eſt ſententia & ſapienter dictum aliquod, vel propoſitio, quæ tractari & explicari debet: *Aetiologia* rationem affert, cur protaſis vera vel falſa, admittenda vel reſpuenda ſit: *Amplificatio* latius exponit protaſin & illuſtrat, vt magis auditor eam capiat & approbet: *Concluſio* vel repetit protaſin, & auditori inſinuat, vel conſectarium aliquod eruit & commendat.

Protaſ. *Sapienter dixit Jul. Cæſar: duas res in vita humana maxime eſſe neceſſarias, imperium atque obſequium.*

Aetiol. *Nam ſine imperio & obſequio ſi fuerit, nulla ſocietas, nulla ciuitas, imo ne domus quidem poterit conſiſtere.*

Amplif. 1) *Vbi imperio reſpondet obſequium, ſecure & tranquille degere poſſunt homines.* 2) *Sine anima non perſiſtit corpus; nec ciuitas ſine imperio atque obſequio.*

Concluſ. *Gratias agamus Deo, quod bonum nobis dederit Principem, cuius ſub imperio pacate atque tranquille degimus.*

§. 4. Petuntur *Protaſes* vel ex Auctorum lectione, qui varias ſuggerunt ſententias; vel ex diſciplinis, inprimis ex Ethica atque Politica, ſeu philoſophia morali, & omnis generis Hiſtoria, quæ principuam oratori dicendi materiam præbent,

bent: vel ex vſu rerum & experientia, ſeu Hiſtoria recentiori.

1. *Secunda felices, aduerſa magnos probant.* Plin. Paneg.

2. *Liberalitatem iucundiorem debitor gratus, clariorem ingratus facit,* ibid.

3. Ex Ethica: *Modeſtia iuuene digniſſima virtus eſt.*

4. Ex Politica: *Iuſtitia fulcrum eſt reipublicæ.*

5. Ex Hiſtoria: Die Buchdrucker Kunſt iſt eine Erfindung der Teutſchen.

6. Der Dreyßig-jährige Krieg hat viel Unheil geſtifftet.

§. 5. *Aetiologia*, quæ & *ratio* & *argumentum probans* dicitur, aliquando ſatis eſt *vna;* aliquando *plures* coniunguntur, aliquando *rationis* ſubiungitur *ratio*, ſeu, ætiologia per nouam ætiologiam probatur.

1. Protaſ. *Mediocris vitæ conditio optima eſt.* ætiol. *nam ſecurum tranquillumque eſt hoc vitæ genus.*

2. Prot. *Geographiæ ſtudium non negligendum eſt.* æt. 1.) *eſt enim iucundum inprimis.* 2) *Sine eo Hiſtoria recte non tractatur.* 3) *Commendat apud nobiles viros.*

3. Pr. *Recentiores auctores ſtyli cauſa etiam legendi ſunt.* ætiol. *Nam accommodant orationes noſtro ſeculo.* rationis rat. *non habet vbique hodie locum modus dicendi apud veteres quondam receptus,*

4. Prot. Wer ſtudiret darff nicht viel Zeit durch Müßiggang hinſtreichen laſſen. æt. Denn er hat viel

viel zu lernen, wenn er den Nahmen eines Gelehrten verdienen will. rat. ratio. Er muß nicht nur in den gelehrten Sprachen, ſondern auch in unterſchiedenen Wiſſenſchafften abſonderlich aber derjenigen, davon er will profeſſion machen, ſich wohl geübet haben.

§. 6. Inueniuntur Aetiologiæ, ſi res, quæ tractatur, eiusque natura & conditiones probe conſiderentur. *Petuntur* autem *aetiologiæ* ex quatuor inprimis fontibus, 1) *ex diſciplinis*, vnde petitæ ſunt protaſes, 2) *ex vſu* & *experientia*, 3) *ex argumentis Rhetoricis*, & 4) *e Locis Topicis*.

1. Prot. *Scriptura S. diligenter legenda.* ætiol. ex Theologia. 1) *nam Deus mandavit*, 2) *erudit nos ſcriptura ad vitam æternam*, 3) *ſuggerit ſolatia in adverſis*.

2. Protaſ. *Beneuolentia continentur imperia.* Curtius VIII. 8.

ætiol. ex Politica. 1) *nam ciuium Principi adiungit animos*. 2) *in rebus dubiis vitam prius, quam fidem cives ponunt*.

3. Prot *Princeps Eugenius bene meruit de imperio.* ætiol. ex hiſtor. *nam libertatem Germaniæ aſſeruit contra Gallos*.

4. Prot. Sey nicht rachgierig. ætiol. ex Ethica. Denn die Rachbegierde läſſet den Menſchen nicht ruhen, verführet zu ſchädliche Gedancken und böſe Anſchläge.

5. Prot.

5. Prot. Befleißige dich höflich zu ſeyn. ætiol. ex exper. Denn ein höflicher Menſch iſt bey allen angenehm.

§. 7. *Argumenta Rhetorica* ætiologias ſuppeditat, ſi Protaſis docet bonum & laudabile, vel malum & turpe, faciendum aliquid vel omittendum eſſe. Sunt vero 1) *Honeſtum* & *turpe*: 2) *Vtile* & *damnoſum*: 3) *Iucundum* & *Moleſtum*; 4) *Facile* & *Difficile*: 5) *Neceſſarium* & *non neceſſarium*, ſeu, *Abſurdum*.

§ 8. *Honeſtum* vocatur, quod pium, iuſtum, glorioſum ac decorum eſt; *Turpe*, quod impium, iniuſtum, ignominioſum aut indecorum eſt.

*Vtile*, quod vſum affert vel rei communi ac publicæ, vel noſtræ priuatæ qua animum, corpus, aut fortunam: *Damnoſum*, quod obeſt rei communi, vel corpori, vel animo, vel fortunæ.

*Iucundum*, quod vel animum, vel ſenſus oblectat: *Moleſtum*, quod ingratum eſt vel animo, vel ſenſibus externis.

*Facile*, quod fieri poteſt breui tempore, ſine magno conatu, ſine multis impenſis: *Difficile*, quod fieri debet multo tempore, multo labore, magnis ſumtibus.

*Neceſſarium*, quod cogimur facere propter vim, aut legem, ſine quo non poſſumus tueri vitam, vel aliud magnum bonum, ſine quo non poſſumus finem noſtrum conſequi: *Non neceſſarium*, quod licet omittere ſine noſtro damno, aut quod aliquid abſurdi inuoluit.

§. 9. Ex

§. 9. Ex his Protaſin conſideranti facile vnum alterumue ſuccurret, quo illa probari queat. Poſſunt autem vel vnius generis, ab Honeſto, Vtili Facili, Jucundo, argumenta adhiberi, vel miſceri oppoſita; modo obſeruetur, ut ea ſeligantur, quæ maxime ſtringant, & auditoribus grata ſint; alios enim magis *glorioſum*, alios *vtile*, alios *iucundum* magis mouebit: ſi pertinax ſit auditor, *neceſſarium & turpe* inprimis vrgetur. Atque in hoc genere thematum vel maxime exercere ſe, debet dicendi ſtudioſus.

1. Prot. *Parentes ſtudeant, vt bene recteque filii educentur*: ætiologiæ poſſunt eſſe

1) ab honeſto: *ſic enim faciunt, quod iis iniungit Deus & natura, officium.*

2. a glorioſo: *honori ipſis cedit, ſi artibus atque virtutibus exornatos filios habent.*

3. ab vtili: *publicum Eccleſiæ reique publicæ commodum eo ipſo maxime promouetur.*

4. a iucundo: *Voluptati eſt filios habere bene educatos, eosque honoribus, vel ſaltem laudibus conſpicuos ornatosque.*

5. a facili: *Si mature ad pietatis & boni moris ducantur exemplum, ac Deus inuocetur, res ſucceſſu non carebit,*

6. a neceſſario: *niſi inutilia terræ pondera, quæ aliis ſint oneri, ſibi dedecori, velint relinquere, omnino id curent oportet, vt bene liberi educentur.*

2. Prot. Alexander M. hortatur ad expeditionem Indicam; argumenta deſumpta ſunt 1) a

glorioſo: *gloriæ erit perueniſſe victoriis ad finem orbis.* 2) a facili: *multo fortiores vos gentes deuiciſtis, quam ſunt Indi.* 3) ab vtili: *præda vos manebit locupletiſſima.*

3. Prot. Verlaß deinen Freund nicht, wenns ihm übel gehet. ætiologiæ ſunt

1) ab honeſto: Wahre Freundſchafft iſt beſtändig, und hält feſt im Glück und Unglück.

2. ab indecoro: Es bringet üble Nachrede ſich als einen Freund auffführen, ſo lang es einem wohl gehet, wenn aber eine Trübſal ſich ereiget, denſelben verlaſſen.

3. a moleſto: Es kan einem dergleichen begegnen, daß er in Unglück fället, da er denn nicht gern ſiehet, daß er von ſeinen Freunden verlaſſen wird.

§. 10. *Loci Topici*, quos diximus p. 21. præſertim Definitionis, Cauſæ Efficientis, Finis, Effectorum & Adiunctorum, ætiologias & rationes largiter ſuppeditant, ſi ad eos Protaſis ſeu propoſitio exigatur, & meditando expendatur. Etſi enim perito atque exercitato oratori ætiologiæ & argumenta deeſſe non poſſunt, etiam ſi de Locis non cogitet: occaſionem tamen illi præbent facilius eas inueniendi, & cogitatione vni argumento inhærendi, quæ iis neglectis in diuerſa ſe diffundit.

Prot. *Optimum in vita bonum amicitia eſt.*

æt. 1. ex L. Definit. *eſt enim beneuolentia mutua, qua grata inuicem officia præſtantur.*

æt. 2. ex L. Finis. *eſt ea perfugium in ſecundis adverſisque rebus.*

æt. 3. ex L. Effector. *In ſecundis habet, quocum lætetur, in aduerſis autem, quocum malum communicet, & ſolatio erigatur.*

æt. 4. ex L. Adiunctorum: *eſt amicitia facilis & prompta ad iuuandum, eſt iucunda, firma, & ſtabilis beneuolentia, & concors animorum coniunctio.*

Protaſ. Fürſten und Regenten haben Sorge.

æt. 1. ex L. Notat. Und zwar eben darumb, weil ſie müſſen fürſehen, welches ohne viel Sorgen und Wachen nicht geſchehen kan,

æt. 2. ex L. Cauſ. effic. Sie ſind von GOtt geſetzet, daß ſie deſſen Stadthalter auf Erden ſeyn, Land und Leuthe regieren, beſchützen, und in guten Wohlſtande erhalten ſollen.

æt. 3 ex L. Finis. Denn eben zu dem Ende ſind Regenten, daß ſie vor des Landes Wolfahrt ſorgen, daſſelbe in Friede und Sicherheit ſetzen, und dasjenige verſchaffen, was zum vergnüglichen Leben erfordert wird.

æt. 4. ex L. Obiect. Man bedencke nur, wie vieler Anliegen täglich anzuhören, wie viel Befehle zu ertheilen, wie bald der Feind Bekümmerniß und Sorge verurſache, bald andere Zufälle zu beſorgen, in ſumma, nichts geſchiehet im gantzen Lande, daß nicht des Regenten Vorſorge erfodert.

§. 11. Amplificatio *Protaſin vel Aetiologiam uberius deducit & illuſtrat*: eſtque vel *Vulgaris*

vel *exquiſitior*. Vulgaris *eſt*, *quæ deſumitur a Contrario, Comparato, Exemplo, & Teſtimonio.* Contraria & Comparata ipſi poſſumus excogitare: Exempla & Teſtimonia ex lectione ſcriptorum omnis generis, vel ex vſu rerum quotidiano debent colligi: quo fine non male ſibi conſulunt dicendi ſtudioſi, qui ſententias auctorum, ſymbola, emblemata, inſcriptiones, exempla, & huius generis alia mature certis ſub titulis congerunt annotantque.

Protaſ. *Pernicioſa res eſt in vita humana amicus inſidioſus.* æt. *nam amicum dum ſimulat, inſinuat ſe in alterius ſecreta, fidemque inuenit, & ita ſecurius fallit ac nocet.*

Amplif. 1. a Contrar. *Certus contra & integer amicus omnibus modis amici ſtudet commodis, damna auertit, & in aduerſis ſecundisque rebus perfugium præbet.*

2. a Compar. *Similes ſunt amici inſidioſi felibus, quæ blandiuntur, & vnguibus vulnerant; non aliter enim iſti verbis in ſpeciem compoſitis amicitiam profitentur, animo vero damnum meditantur.*

3. ab Exemplo. *Cicero queritur de Hortenſio, quod ſceleratiſſime inſidioſiſſimeque ſe tractarit, Epiſt. ad Qu. Fr. Sacra hiſtoria Ioabi, itemque Iudæ Iſchariotis ſuppeditat exempla.*

4. a Teſtimonio. *Cic. Off.* 1. 13. *totius*, inquit, *iniuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorum, qui cum maxime fallunt, id agunt, vt viri boni eſſe videantur.*

Vel

Vel Plinii Paneg c. 112. *Peior odio amoris ſimulatio.*

Concl. *Felix ille eſt, cui candidus obtingit amicus.*

§. 12. *Contrarium* eo, quod quacunque ratione oppoſitum ac diuerſum eſt, *protaſin* vel eius *ætiologiam* illuſtrat, vel etiam obiectionem quandam, contra illam quæ directa eſt, affert, & reſponſionem ſubiungit. In Rhetorica poſterius appellatur *Occupatio*, item *Confutatio.*

1. prot. *Animus otio frangitur.*

æt. *Nam vires corporis otium eneruat; corpore vero languente languet & animus.*

Amplif. a contrarie oppoſ. *Contra ea diligentia atque induſtria vires ut corporis, ſic animi quoque conſeruantur & augentur.*

2. Prot. Wir wohnen unter einen gemäßigten climate, und haben vor andern Völckern vieles voraus.

æt. Denn weder die Hitze, noch Kälte iſt allzuſehr beſchwerlich, und die Tage und Nächte ſind auch gemäßiget.

Ampl. ab oppoſ. Die der Mittages Linie nahe wohnen, denen iſt die Hitze ſehr beſchwerlich; Die aber gegen Norden wohnen, und ein halb Jahr Tag, und wiederum ſo lange Nacht haben, denen muß es allerdings auch beſchwerlich ſeyn.

3. Prot. *Ebrietati non indulgendum.* æt. *nam hominem deformat, & rationis eum vſu ad tempus priuat.* Amplif. a contrar. per obiect. *At Noa ta-*

*men inebriatus fuit. R. verum nusquam hoc laudatur in Patriarcha.*

4. Prot. Alle Menſchen, die in der Welt jemahls gelebet, noch leben, und noch kommen werden, haben einen Stamm-Vater, den Adam.

æt. Denn der iſt der erſte Menſch von GOtt geſchaffen.

Obiect. Zwar hat Iſaaccus Peyrerius vorgeben dürffen, es wären vor Adam ſchon unzehliche Menſchen geweſen, und ſtammeten nur die Juden von Adam her.

argum. Zum Beweiß will er anführen, daß 1. Adams Söhne nicht ihre Schweſtern zu Weibern nehmen dürffen: 2. Bedienet er ſich auch der Worte Pauli, Rom V, 14. Daß der Tod von Adam herrſche auch über die, ſo nicht geſündiget haben, wie Adam. Reſp. generalis: allein Peyrerius hat Menſchen gedichtet, die nimmer geweſen.

ad rat. 1. Die Söhne Adams haben allerdinges ihre Schweſtern geheyrathet, welches GOtt zu der Zeit ihnen nachgegeben. ad 2. So redet auch Paulus von den Nachkommen Adams, abſonderlich aber von den Kindern, über welche der Todt herrſchet, ob ſie gleich nicht ſelbſt die Hand nach der verbotenen Frucht ausgeſtrecket, und vorſetzlich geſündiget haben.

§. 13, *Comparatorum* nomine comprehenduntur Similitudines, Diſſimilitudines, Paria, Maiora, Minora, h. e. magis vel minus veriſimilia, aut magis vel minus difficilia, Emblemata, Hieroglyphica, Fabulæ, Apologi.

1. Pro-

1. Protaſ. *Suos moderari affectus ſumma virtus eſt.* æt. *Ii naraque ſæpe abripiunt hominem, vt recta non faciat, turbataque mens ſit.* amplif. per ſimile: *Equus, qui freno non regitur, inordinate fertur; ſic homo, qui affectibus indulget.*

2. Prot. Bücher ſind zum ſtudiren nöthig, æt. Denn daſelbſt kan man beyſammen leſen, was andere mit groſſen Fleiß erlernet. amplif. per diſſimile Eine Spinne ſpinnet alles aus ſich ſelbſt: Ein Studirender aber kan nicht alle Gelehrſamkeit aus ſeinen Kopff erdencken.

3. Prot. Wir ſollen bey widrigen Glück nicht kleinmüthig werden. æt. Denn GOTT ſorget für uns. ampl. per comp. a min. ad maius. GOtt ſorget vor das Gras und geringſten Vögel, wie vielmehr vor uns Menſchen.

4. Prot. *Virtus in aduerſis non ſuccumbit.* æt. *nam ſua ſe innocentia ſuſtentat.* ampl. per emblema: *Palma depicta cum onere impoſito lemma inſcriptum habet:* fortiter. *Sic virtus fortiter reſiſtit.*

5. Prot. *Vir prudens multum prodeſt reipublicæ.* æt. *nam omnia prouide circumſpecteque agit.* ampl. per hieroglyph. *Romani Ianum bifrontem pingebant, eius ſignificantes prudentiam, quod ante retroque omnia proſpexerit.*

6. Prot. Der Schmeichler Reden ſind betrüglich. æt. Denn ſie loben, das nicht lobens-würdig iſt. amplif. per fab. Der Fuchs lobet den Raben, und verlangte ſeine angenehme Stimme zu hören, der aber darüber ſeinen Käſe verlohr.

§. 14. *Exemplum* eſt res geſta ſeu factum illuſtre, vel perſona aliqua, qua ſimile factum vel perſona illuſtratur. Illuſtratur autem exemplo vel Protaſis, vel Contrarium, vel alia quædam amplificatio.

1. Prot. *Ante obitum nemo dicendus eſt beatus.* æt. *nam variæ dantur fortunæ vices.* ampl. per exempl. *Crœſus, qui Rex potentiſſimus erat, mox in rogo conſpiciebatur; & Seianus, qui ſummas tenebat apud Tiberium, mox honore & vita caruit.*

2. Prot. *Amore firmantur imperia.* æt. *amor namque coniungit imperantes atque parentes.* contr. *Odium contra disiungit & alienat.* ampl. per exempl. *Caligulæ oderint dum metuant, infelicem habuit euentum. Mox enim ipſe eſt interfectus.*

3. Prot. Durch Einigkeit wird eine Geſellſchafft erhalten. æt. Denn einer ſtehet dem andern bey, und rathen zuſammen, was zum gemeinen Beſten gereichet. amplif. per contr. Hingegen durch Uneinigkeit wird eine Geſellſchafft zertrennet. 2) per exempl. Wenn die Römer unter einander uneinig, und in Bürgerliche Kriege verwickelt werden, ſo iſts mit ihrer Freyheit bald geſchehen.

§. 15. *Teſtimonium* eſt dictum alicuius cum auctoritate coniunctum, & complectitur dicta tum diuina, tum humana, & in his Sapientum, veterum pariter ac recentiorum, ſententias, Principum, Heroum, illuſtrium & clarorum virorum ſymbola, apophthegmata, prouerbia, monetarum,

ædificiorum & alias inſcriptiones, quæ ſi obſcuriorem habent ſenſum, paraphraſi poſſunt ac debent illuſtrari.

1. Protaſ. *Virtutis præmium eſt gloria.* ætiol. *nam præclare facta in omnium oculos incurrunt & prædicantur.* ampl. per teſtimon. Cicero Or. pro Milon. *Ex omnibus præmiis virtutis ampliſſimum eſt præmium gloria.*

2. Prot. *Ne ſis impatiens in aduerſis:* ætiol. *nam proſpera æque & aduerſa a Deo proueniunt.* Teſtimon. Symmachus L. II. ep. 45. *Si optata nobis non contingunt, in prouidentia Dei acquieſcendum.*

3. Prot. Thue recht. æt. Denn darinn beſtehet der wahre Ruhm. Teſtimon. Dieſes will der Durchl. Churf. zu Hannover, Georgius Ludovicus, mit ſeinen Wahl-Spruch anzeigen: in recto decus.

4. Prot. Friede ſchaffet viel Gutes. æt. Denn dadurch wird eine Republic erhalten, und in Flor gebracht. Teſtimon. Da der Friede zu Rißwic geſchloſſen war, wurde eine Müntze geſehen mit der Uberſchrifft: Felicitas noui ſeculi.

5. Prot. *Mors eſt laborum requies.* æt. *Ceſſant tunc curæ & moleſtiæ, quæ per vitam hominem fatigant.* Teſtimon. *In funere Friderici, ducis Holſatiæ, in caſtro doloris ſcriptum legebatur:* hic meta laboris.

6. Pr. *Ne ſis aliorum cenſor.* æt. *nam ipſe nauis laboras.* amplif. per adag. *Veteres non male dixerunt:* non vides, manticæ quod in tergo eſt.

§. 16. *Concluſio* vel repetit protaſin, vel conſectarium aliquod eruit, vt completa fiat oratio.

1. Prot. *Sobrietas homini ſalutaris eſt.* æt. *mens enim ſibi conſtat, & ad expeditiones parata eſt.* amplif. per diſſimile. *Quemadmodum nauis ſine nauclero hinc inde diſiicitur, & tandem alliditur; ſic contra animus ſobrius bonus dux eſt homini ſuis in negotiis.* Teſtimon. Plutarch. *anima ſicca eſt optima.* Concl. *Verum itaque manet, quod ſobrietas homini ſalutaris ſit:* vel per conſectar. *ſobrietati ergo quisque ſtudeat.* vel: *intemperantia igitur ſtudioſe fugienda.*

§ 17. Neque vero neceſſe ad Chriam Practicam eſt, ut 1) omnes iſtæ quatuor partes adſint vel 2) eo ponantur ordine, quo dictum eſt, vel 3) quatuor amplificationis modi eodem ſemper ordine collocentur; vel 4) omnes quatuor, nec alii, adſint. Nam 1. duæ partes, Protaſis & Ætiologia ſufficiunt, quibus modo Amplificatio, modo Concluſio, modo utraque additur.

2. Ordo mutari, & partes transponi poſſunt, ita vt amplificatio præmittatur ætiologiæ.

3. Amplificandi modorum ordo pariter mutari & libere transponi poteſt.

4. Amplificationes quædam omitti, &

5. Aliæ amplificandi rationes adhiberi miſcerique poſſunt, prout materia ſuppetit, aut dicendi locus requirit. Hinc vſus Chriæ huius & facilior eſt, & latius patet.

§ 18. Ex omni genere dabimus exemplum aliquod. Primum omnes chriæ partes habet.

Prot.

Prot. Ein liberal Gemüth läſſet ſich nicht zum Fleiß antreiben. ætiol. Denn es thut von ſelbſt, was erfodert wird Tugend zu erlangen, und Ruhm zu erjagen.

amplif. 1. a contrar. Das ſind niederträchtige Gemüther, die ſich durch knechtiſchen Zwang laſſen zum Guten antreiben.

2. a Simili: Ein muthig Pferd läſſet ſich durch den Schatten der Ruthe und Worte regieren, ein träges aber durch Schläge antreiben.

3. ab exempl. Theophraſtus, des Ariſtotelis Lehrling, war ſo eiffrig in ſeinen ſtudieren, daß er eines Zaums, dadurch er zurücke gehalten würde, benöthiget war.

4. teſtim. Curtius ſchreibet: *Nobilis equus vmbra quoque regitur, ignauus ne calcari quidem concitari poteſt.*

Concl. Derowegen ſoll ein Studierender ſich nicht durch harte tractamente zwingen laſſen, ſondern von ſelbſt thun, was ſeine Schuldigkeit erfodert.

Secundum tres partes habet:

Protaſ. *Nihil procraſtinandum.* æt. *qui differt, quæ ſunt agenda, ille negligit occaſiones rei bene gerendæ.* amplif. a compar. *Agricola, qui negligit tempus agrum colendi idoneum, largiorem ſibi meſſem polliceri non poteſt.* Hic concluſio deeſt. In orationibus, vbi plures connectuntur Chriæ, ſæpiſſime deeſt concluſio. Plura huius generis exempla habentur §. 12. & ſeqq.

Ter-

Tertium partes transponit

Protaſ. *Ira non facit, quod rectum eſt.* amplif. 1) per exempl. *Alexander M. ira commotus Clitum amiciſſimum interfecit.* ætiol. *Ira namque mentem occupat & obturbat, vt recta non videat, & cæco impetu feratur.* 2. per teſtimon. Horatius: *Ira furor breuis eſt.* Concluſ. *Ergo fugiamus iram.*

Quartum duos amplificandi modos omittit.

Protaſ. *Studia literarum moderate tractentur.* æt. *nam immoderata non durant, & a fine deſtituuntur.* amplif. per ſimile. *Arcus nimium intenſus vel rumpitur, vel remittit.*

2. per teſtimon. *quod caret alterna requie, durabile non eſt.* Concluſ. *Ergo ſtudioſi literarum naturam imitentur, quæ modo quieſcit, modo fructificat.*

Quintum amplificandi modos transponit.

Protaſ. *Iuuenis diligens amatur.* ætiol. *nam artis doctrinæque ſibi parat copiam, qua rei communi poteſt inſeruire aliquando.* amplif. 1. a teſtimon. Menander ait: *diligentiæ omnia ſubdita ſunt.* 2. ab exempl. *Cicero puer diligentiſſimus & ab omnibus adamatus fuit, ad quem videndum etiam nobiliores ſcholam adierunt.* 3. a comp. *frugifera arbor magis æſtimatur, quam ſterilis & infrugifera.* 4. a Contrar. *qui vero otio ſe mancipat, & Vacunæ litat, contemptum & odium incurret.* Concl. *Cui igitur ſtudia curæ ſunt, diligens ſit oportet.*

§. 18. Nunc exemplum ſequi deberet, in quo am-

amplificandi rationes miſcentur ; ſed prius eæ cognoſcendæ ſunt, quæ præter vulgares adhiberi queant, de quibus iam agemus.

§. 19. Amplificatio *exquiſitior*, de qua dictum §. 11. deſumitur vel 1) e *Locis Topicis*, vel 2) fit *per Paraphraſin*, vel 3) per *Meditationem*, vel 4) per *Locum Communem*, vel 5) per *Conſectaria*, vel 6) per *Inſinuationem*. Dicuntur hæ amplificationes *eruditæ*, quia eruditionem & requirunt, & revera demonſtrant, ſi cum iudicio adhibeantur.

§. 20. *Loci Topici*, qui enumerantur c. 1. §. 36. p. 21. amplificationi inſeruiunt ea ratione, qua de ætiologiis ſupra c. III. §. 10. p. 34. dictum. Nimirum Protaſis vel Ætiologia ſecundum eos expenditur, quo facto, ſi non omnes, aliqui tamen, cogitationes ſuggerent, quæ aptam præbeant dicendi materiam. Huc pertinent *Figuræ amplificationis*, quas Rhetorica tradit, quippe quæ Locos præcipuos accommodant.

Protaſ. *Mors boni Principis eſt deploranda maxime.* ætiol. *nam res publica priuatur eo, qui ſuam ſalutem ſolicite promouit.*

Amplific. 1) e L. Definitionis. *Quid enim eſt princeps, quam pater patriæ, qui curam ciuium parentis inſtar habet, eorumque ſaluti proſpicit.*

2. e. L. cauſ. effic. *Deus conſtituit Reges ac principes, vt ſui ſint in terris legati atque vicarii.*

3. e. L. Finis *Neque alio fine conſtituti ſunt Principes,*

*cipes, quam vt ſalutem populi promoueant, ſeruent cuiusque ſtatum, & ſecuritatem ac tranquillitatem præſtent, fortunamque optabilem diſpenſent.*

4. e. L. Formæ. *Eam ob cauſam maieſtate ac poteſtate in ciuitate ſumma ſunt præditi atque conſpicui.*

5. e. L. Effect. *Patriam contra hoſtes tuentur, & pacem præſtant, leges ferunt, bonos ornant præmiis, malos pœnis afficiunt, dignitates diſtribuunt.*

6. e. L. Partium. *Omnes ſtatus bono ſub Principe florent, religionis cultus recte fit ordineque, ſtudia literarum coluntur, mercatura exercetur, agricultura tranquille peragitur.*

Protaſ. Ein Chriſt ſoll offters das Leyden Chriſti betrachten. ætiol. Denn es gereichet ihm zur Seeligkeit.

amplif. 1. ex L. Notat. Chriſten haben den Nahmen von Chriſto, und bedencken billig, warum ſie denſelben führen.

2. e L. cauſ. effic. primar. GOtt hatte in ſeinen heiligen Rath beſchloſſen, daß der Sohn GOttes leiden, und dadurch das menſchliche Geſchlecht verſöhnen ſolte. miniſtr. Juden und Heyden haben ſich wieder ihn zuſammen gethan, und ohne den Endzweck zu wiſſen, den GOtt dabey gehabt führen ſie ihn zur Marter. impell. Wir, wir haben mit unſern Sünden ihm ſolches Leyden verurſachet.

3. e L. Subiect. Es Leidet Chriſtus JEſus, wahrer Sohn GOttes und wahrer Menſch.

4.

4. e L. Partium. Er leidet am Leibe in der Geiſ-ſelung und Creutzigung, noch mehr aber an der Seelen, wenn er Höllen-Angſt empfunden, und blutigen Schweiß geſchwitzet.

5. e L. Adiunct. Es war ein ſchmertzliches, ein ſchimpfliches, und ein heilſahmes Leyden.

6. e L. Finis. Alles dieſes hat er darum gethan, daß er GOtt verſöhnen, und uns Menſchen die ver-ſchertzte Seeligkeit wieder erwerben möchte.

§. 21. Non neceſſe autem eſt, vt Loci vel omnes, vel eo ordine, quo ante ſunt poſiti, aduocentur in ſubſidium; ſed ſatis eſt, ſi nonnulli qui accommodatam maxime ſuppeditant materiam, eo ordine, quo apte cohærent, adhibeantur. Contrarium, Comparatum, Exemplum, & Teſtimonium in Locorum cenſu quidem habentur, ſed hic reliquorum inprimis habetur ratio, quia iam in vulgari amplificatione iſti ſunt declarati §. 11. ſ.

§. 22. Paraphraſis *eſt, qua rem, vel ſententiam, ſymbolum, apophthegma, emblema, inſcriptionem, hieroglyphicum vel ſimile aliquid pluribus & magis perſpicuis verbis declarat.* Quod ſi res aut ſententia in ſe perſpicua fuerit, non multa indiget expoſitione ac paraphraſi.

§. 23. Res obſcurior ſi fuerit, declaratur per *definitionem* ſeu *deſcriptionem*, & ita deſcribitur, ac ſi oculis quaſi exhibeatur, & quantum fieri poteſt, nihil obſcurum maneat: orator enim *perſpicuitati* debet

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0059-9

debet ſtudere, quæ magnâ dicentis ſcribentisque virtus eſt.

Prot. *Prudentia virtus eſt omnium maxima.*

ætiol. *Eſt enim mater virtutum, & actionum humanarum magiſtra.*

amplif. per definit. *Nec vero hic intelligenda eſt verſutia quædam, quæ callide decipit, ſed recte agendi ratio, quæ actionum cauſas peruidet, de præteritis recte iudicat, & de futuris callide beneque coniicit.*

2. Prot. Die Herolds Kunſt iſt hoch geſtiegen.
amplif. per definit. Ich verſtehe diejenige Wiſſenſchafft, welche die Wapen groſſer Herren erkläret, deren Urſprung und Bedeutung unterſuchet und wohl appliciret.

§. 24. *Paraphraſis.* ſententiæ, dicti, ſymboli, vel facti etiam, potiſſimum *duplex* eſt, *Grammatica* atque *Hiſtorica.* Grammatica *ſenſum exponit*; Hiſtorica *occaſionem dicti vel facti & circumſtantias ex Hiſtoria euoluit.* His dictum additur *Logica* ſeu *Philoſophica*, quæ iudicium fert de eo, quod dictum, & vel probat, vel improbat, ſubiuncta ætiologia. Hiſtorica tum demum locum habet, quando certa res geſta occaſionem dicti præbuit, quæ commodam ſubinde ſuggerit dicendi materiam.

2. Prot. *Ruſſorum monarcha Petrus, I. cum mari veheretur, & tempeſtate coorta in vitæ verſaretur periculo, anxiis eius cauſa ſuis dixit*: an vnquam imperato-

rem

rem aqua ſubmergi vidiſtis? *Act. Erud. ann.* 1706. *p.* 416. Paraphr. Gram. *Metum ſuis demere animumque addere illis verbis voluit, ſignificans, nondum imperatorem, vel Ruſſorum monarcham aliquem, aquis fuiſſe ſubmerſum.* Paraphr. Hiſtor. *Reſpexit ſine dubio ad verba Iul. Cæſaris, qui ſimili in caſu dixit:* ne timeas, Cæſarem vehis & Cæſaris fortunam: *vel Caroli V. qui monitus in Africa, ne nimis vrbi Algirenſium appropinquaret, eo quod globos tormentarios emitterent, reſpondit:* ſe non legiſſe, Cæſarem aliquem globo tormentario periiſſe.

Paraphr. Philoſ. *Sunt magni Principes atque heroes maiori fiducia, ſiue fortuna confiſi ſua, ſiue cœleſti quodam impetu agitati.*

2. Protaſ. Der gelehrte und ſinnreiche Camerarius bildet einen Oelbaum ab, von welchen die groben Aeſte abgehauen worden, an deren ſtatt ſchöne neue Zweige hervor ſproſſen, mit der Uberſchrifft: Tanto vberius.

Paraphr. Grammat. Wolte anzeigen, daß, wie an einem Oelbaum, wenn die alten Aeſte abgehauen werden, viel neue Zweige hervor kommen, alſo an einem Jünglinge, wenn die böſen Sitten und Laſter ausgetrieben, viel ſchönere Sitten und Tugenden entſtünden.

Paraphr. Philoſ. Es iſt alſo; Denn der Jugend iſt die Unarth angebohren, die durch erinnern und Beſtraffung muß ausgetrieben werden, wenn die Tugend ſoll Platz finden.

3. Prot. Hannibal apud Liuium L. XXX. c. 30. *præterita*, inquit, *magis reprehendi poſſunt, quam facta corrigi.*

Paraphr. Gram. *Eius ſententia eſt, facile quidem eſſe reprehendere ea, quæ non recte facta putentur, ſed non perinde poſſe mutari ac corrigi.*

Hiſtorica. *Pacem Hannibal ſuadet Romanorum imperatori Scipioni, & commemorat damna, quæ utrinque acceperant.*

Logica. *Quæ facta ſunt, infecta quidem non poſſunt fieri, ex iis tamen conſilium licet capere in futurum.*

§ 25. Meditatio *eſt, cum dictis aut admirationem, aut iudicium ſubiungimus, & in re contemplanda ac diiudicanda ſubſiſtimus pauliſper.* Atque meditationes eiusmodi aliquando plures poſſunt coniungi, & ætiologiis probari ſuis & amplificari, quo de inferius dicetur, cum de Chria acceſſoria erit agendum.

1. Protaſ. *Magnum malum calumnia eſt.*

ætiol. *Nam detrahit de alterius honore & fama.*

med. *Quisque honoris ſui famæque tenerrimus cuſtos eſt, & diſſoluti eſt animi, qui non facit.*

2. Prot. *Artes ingenuæ bonæque literæ ſedulo colendæ ſunt.* ætiol. *nam reipubl. & ornamento ſunt, & præſidio.*

medit. 1. *per admirat. O diuinæ literæ, vos leges condidiſtis, vos humanitatem & mores reddidiſtis hominibus; vos vitæ cultum reduxiſtis.*

med. 2. per iudicium. *Beatæ ſunt res publicæ, quibus contigit literarum gaudere cultu.*

3. Prot.

3. Protaſ. Das Glück im Kriege iſt unbeſtändig.

ætiol. Denn wer heute geſieget, kan morgen verliehren.

med. 1. Der Sieg kömmt von GOTT, der bald dieſen, bald jenen Sieg giebet, nachdem es ihm gefället.

med. 2. Man kan ſich aufs Glück im Kriege nicht verlaſſen, daß man ſeinen Feind verachten wolte.

med. 3. Offt iſt eine groſſe Armee mit wenigen Volck beſieget worden.

§. 26. Locus Communis *eſt, cum ab Hypotheſi ad Theſin progredior, & de eo, quod ſtrictius eſt, cum dixi, in genere aliquid de argumento dico, & ex indiuiduo ſpeciem, & ex ſpecie genus elicio.* Locus Comm. & Meditatio opem præſtant inprimis, ſi hiſtorica tractanda ſit narratio, aut materia fuerit ſterilis. In Rhetorica dicitur *Digreſſio.*

1. Prot. *Maximilianus I. ex Alpium faſtigio, quo penetrarat damas perſequendo, mirabiliter deductus ac liberatus eſt.*

Loc. C. *Deus ſingularem habet curam Principum.*

2. Prot. *Nihil procraſtinandum, ſi detur agendi occaſio.*

ætiol. *Occaſio ſemel elapſa non redit.*

L. C. *Felix rei ſucceſſus ſæpius ab occaſione pendet.*

3. Prot. Wer ſich vom Zorn einnehmen läſſet, wird leicht verſtoſſen.

ætiol. Denn das Gemüth fähret ohne Bedacht zu ſeinen Zorn auszulaſſen.

L. C. Wo die Affecten herrſchen, da bringen ſie nicht viel Guthes.

§ 27. Conſectarium *eſt noua quædam propoſitio, quæ vel ex Protaſi, vel ex ætiologia, vel ex tota tractatione cum ratione deducitur, ita vt eius ætiologia in dictis habeatur partibus, & hinc depromi poſſit.* Vulgo *vſus* appellatur.

§. 28. Eſt *Conſectarium* vel *Didaſcalicum*, vel *Elenchticum*, vel *Pædeuticum*, vel *Epanorthoticum*, vel *Conſolatorium*. Vel diſtincte ſi agamus: *Triplex* eſt *conſectarium, doctrinale, morale & conſolatorium*; & doctrinale iterum vel *didaſcalium*, vel *Elenchticum*; Morale vel *Pædeuticum*, vel *Epanorthoticum eſt.*

§ 29 *Conſectarium* Didaſcalicum *eſt propoſitio doctrinam vel ſententiam continens, quæ homines vel doctiores, vel prudentiores reddit.*

1. Prot. *Theologia eſt præſtantiſſima diſciplina.* ætiol. *agit enim de Deo & rebus diuinis.*

Conſectar. didaſc. *Bene agunt, qui ſe Theologiæ ſtudio conſecrant.* ætiol. *verſantur enim in præſtantiſſima diſciplina*; vel: *occupantur in rebus diuinis.*

2. Protaſ. Erhebe dich nicht, wenn dirs wohlgehet. ætiol. Denn es kann vor Abend noch anders werden, weder es am Morgen iſt.

Conſect. Didaſc. Das Glück iſt unbeſtändig in der Welt. ætiol. Denn es ändert ſich unverhofft.

§. 30.

§. 30. Conſectarium Elenchticum ſeu confutatio *eſt, cum falſa aliqua doctrina, vel ſententia affertur atque refellitur.*

1. Prot. *Logices ne negligas ſtudium.*

ætiol. *nam viam monſtrat adſcientias, & ingenium præparat & acuit.*

Conſectar. Elench. *Minus recte igitur Logices ſtudium velut inutile prorſus nonnulli reiiciunt.* ætiol. *negligunt cultum ingenii, facilemque captum diſciplinarum.*

2. Prot. Die Furcht des HErrn iſt der Weißheit heit Anfang. ætiol. Denn von GOtt kömmt alles Gute, und alſo auch die wahre Weißheit.

Conſect. elench. Derowegen iſt die Heydniſche Weißheit vor keine wahre Weißheit auszugeben. ætiol. Denn die war ohne wahre Erkäntniß und Furcht GOttes.

§. 31. Conſectarium Pædeuticum *eſt, cum ad virtutes, vel bonos mores cohortamur auditores.*

1. Prot. *Morum diſciplina eſt vitæ moderatrix.* ætiol. *Docet enim, quæ virtutum honeſtas & vitiorum turpitudo ſit, vt illas ſectemur, & hæc fugiamus.* Conſect. Pæd. *Itaque ſic tractanda eſt morum doctrina, non vt ſcholæ, ſed vt vitæ diſcamus.* ætiol. *fruſtra eſt doctrina, niſi virtutes ſectemur, vitiaque fugiamus.*

2. Prot. Ein Studirender muß Bücher haben. ætiol. Denn das ſind die ſtummen Lehrer, die ihn in Ermangelung anderer unterweiſen.

Conſ. Pæd. Derowegen ſoll ein jeder bedacht ſeyn, daß er, wo nicht viel, doch nöthige und nützliche Bücher ihm anſchaffe, und fleißig leſe. ætiol. Denn daraus muß er Gelehrſamkeit erlernen.

§. 32. Conſectarium Epanorthoticum *eſt, cum a vitiis vel malis moribus auditores dehortamur.*

1. Prot. *De Principibus cum reuerentia loquendum.* ætiol. *Sunt enim Dei vicarii in terris, nulla re, nec facto, nec verbis lædendi.*

Conſ. Epan. *Minus recte igitur libera nonnulli nimis vtuntur de principibus lingua.* ætiol. *non enim eos, vt Dei vicarios, reuerenter habent.*

2. Prot. Es iſt kein Ambt ohne Beſchwerde. ætiol. Denn es fällt immer etwas zu thun und zu leiden vor.

Conſect. Epan. Die nur die Hände im Schooß legen, und nichts wiedriges auf ſich nehmen, oder gar ihren Beruff angeben wollen, thun gar übel ætiol. Denn ſie wollen zwar ein Ambt, aber dabey keine Beſchwerde haben.

§. 33. Conſectarium Conſolatorium *eſt, ſi contra moleſtias & mala conſolatione erigimus auditores :* vbi *primo* malum eſt afferendum, deinde argumenta, quibus vti ſolent afflicti, ſubiungenda, & *tertio* conſolationis fundamentum e tractatione commonſtrandum.

1. Prot. *Magiſtratu fungi munus eſt præſtantiſſimum.* ætiol. *hinc enim ſalus pendet populi.*

Conſect. Conſol. *At multa cum difficultate, multa*

*ta cum inuidia coniunctum eſt. Sed tantum bonum, quod præſtat, non ſine labore & moleſtia poteſt parari; & qui multis vult ſeruire, aliquid etiam debet perpeti.*

2. Prot. Er bleibe bey dem ſtudio Theologico. ætiol. Denn er dienet GOtt und Menſchen, wenn er ſie den Weg zur Seeligkeit lehret.

Conſect. Conſol. Mir deucht, ich höre ſagen, es ſey ein ſchweres Ambt: Ein Theologus müſſe vor anderer Seelen Rechenſchafft geben. R. Es ſchaffet auch viel Nutzen: und kan ſich des Göttlichen Beyſtandes verſichern, wenn er thut, ſo viel an ihm iſt, und nichts muthwillig verſäumet.

§. 34. Poſſunt vero omnia ſimul conſectaria coniungi, & ex vno erui themate, ſi ita viſum ſit oratori, & dicendi locus requirat; poſſunt duo triave ſeligi, quæ maxime tempori & loco accommodata ſunt, & facile ex themate etiam deducuntur: id enim cauendum eſt ſolicite, vt ne nimis ſint remota, & in alienam prorſus materiam deducant.

1. Prot. *Ne tibi videare ſapiens.*

ætiol. *Nam peccat & ſapiente ſapientior.*

Amplif. per Conſect. didaſc. *errare humanum eſt.*

Elencht. *Multum fallunt, qui adeo ſibi ſunt ſuffeni, vt errare ſe non poſſe exiſtiment.*

Pædeut. *Ergo ſtudeamus ſapientiæ, vt eam magis magisque augeamus.*

Epan. *Male agunt, qui negligunt ſapientiæ ſtudia, vt ignorantiam & errores exuant.*

Conſol. *Si graue moleſtumque ſit labi & errare; cogitandum, quod ſapientiſſimi falli queant, & ſolius Dei ſit non errare.*

2. Prot. Rächet euch ſelber nicht, Rom. XII, 19. ætiol. Denn die Rache iſt GOttes. amplif. per Conſect. Didaſc. GOTT hat die Obrigkeit geordnet, daß ſie an ſeiner ſtatt auf Erden das Böſe ſtraffen und rächen ſoll.

Elencht. Irren demnach die Socinianer und Wiedertäuffer, welche das Rach-Schwerd der Obrigkeit aus den Händen reiſſen wollen.

Pædeut. Wir ſollen das angethane Unrecht mit Gedult ertragen, daſſelbe GOtt und der Obrigkeit überlaſſen.

Epan. Die ſich aber ſelbſt rächen, überſchreiten den Befehl GOttes.

Conſol. Es gehet zwar ſchwer ein, das Unrecht verſchmertzen, und keine Rache ausüben ſollen. Allein GOtt läſſet nichts ungeſtrafft, und übet Rache zu ſeiner Zeit, wofern man ſich nicht bekehret.

3. Prot. *Epaminondas recte apud Nepotem:* audiendo facilime diſcitur. ætiol. *Nam facilius audita hærent.* Conſect. Pæd. *Ergo diligenter audiendi ſunt magiſtri.* Epan. *Minus recte negligunt nonnulli acroaſes & occaſionem audiendi.*

§. 35. Inſinuationes *ſunt formulæ, quæ vel oratorem, vel auditores, vel locum, vel materiam dicendam commendant, & quavis arrepta occaſione miſceri queunt;* nam vbique locum habent, imprimis vero in

Ex-

Exordio & Concluſione. Veteres Rhetores ηθη *mores* appellant, quia efficiunt, vt morata ſit oratio: id quod ſit, cum orator & ſui, & loci, & materiæ, & auditorum rationem habet, & ea dicit, quæ iſta poſſint commendare; vbi videndum maxime, ne quid affectatum videatur, aut veritati non ſit conforme. Iuuabit formulas eiusmodi latinas pariter atque vernaculas, quæ apud oratores oocurrunt, colligere, diligenterque relegere, vt ſcribenti dicentique ſponte ſe offerant. Dabimus quasdam ex Mureto.

Orator ſe inſinuat: *vos tamen, optimi adoleſcentes, quorum cauſa hic a me inſtitutus eſt ſermo, quibus mei labores ſeruiunt, quorum ad vtilitatem omnes mei conatus, omnes vigiliæ, omnia ſtudia referuntur, vrgete conſtanter propoſitum.* P. I. or. 8. Auditores commendat: *minime id quidem, quo vos, tales viros, commonefaciam, excellentibus a natura ingeniis præditos, a ſtudiis liberalium doctrinarum eruditos, a diuturno aſſiduoque magnarum rerum vſu peritos.* P. I. or 2.

Locum commendat: *at externæ nationes non alio potius, quam Venetorum hominum exemplo, ad eas colendas excitari atque inflammari ſolent. Hic ſedem virtutis, hic domicilium literarum, hic ſeminarium quoddam præſtantium virorum eſſe, omnes vno conſenſu gentes externæ confitentur.* P. I. or. 4. conf. Exord. orat. 2.

Materiam commendat: *Quæ cum ita ſe habeant, mihique ipſa per ſe delectæ ad dicendum materiæ dignitas*

*ſatis magnam audientiam factura videatur tamen magis conſuetudine, quam quod ita neceſſarium iudicem, petam a vobis, vt mihi res pulcherrimas brevi oratione comprehendere meditanti exigui temporis attentionem ne denegetis.* P. I. orat. 2.

1. Prot. *Dicam de præſtantia philoſophiæ moralis.* Inſin. *Neque enim puto in meliori me poſſe verſari materia, quam quæ hominis & ciuis officia, quæ in vita tantopere neceſſaria ſuut, explicat, quæ virtutem monſtrat & inſinuat, quæ bonos hominis mores informat.*

2. Prot. Zum ſtudiren muß man die Zeit wahrnehmen. ætiol. Denn es erfodert Zeit und Fleiß.

Amplif. 1. ex L. Cauſ. eff. Man hat nicht allezeit und überall Gelegenheit ſeine ſtudia bequemlich fort zu ſetzen.

2. per inſin. O wie viel ſitzen in anſehnlichen Ehren und Aembtern ſo wohl hier, als anderswo, die mit Danck erkennen und rühmen, daß Quedlinburg ihnen in ihrer Jugend bequeme Gelegenheit zum ſtudiren gegeben, und das Gemüth mit nützlichen Wiſſenſchafften, und den Leib mit Koſt und Unterhalt verſehen.

§. 36. Atque hæ amplificandi rationes & inter ſe, & cum vulgaribus ſupra dictis varie poſſunt miſceri, prout materia ſuppetit, vel meditatio ſuggerit.

Prot. *Iuuenem modeſtia decet.* ætiol. *Facit enim ad conciliandum hominum fauorem.*

Amplif.

Amplif. 1. per compar. *Ebur auro vel argento circumdatum maiori eſt pretio & ornamento; ſic iuvenis modeſtia conſpicuus.*

2. per medit. *Virtutes in ſe ſunt commendabiles: ſed amant etiam decorum.*

3. e L. part. *Duobus autem modis oſtenditur modeſtia, ſubmiſſione animi & orationis.*

4. e. L. Obiect. *Eſt vero ſuperioribus maxime, tum & æqualibus probanda modeſtia.*

5. per Contrar. *Ruſticitas omnibus eſt inuiſa.*

6. per Med. *In nullo magis, quam in literarum ſtudioſo, modeſti deſiderantur mores.*

7. per Conſectar. Epanorth. *O quam non tenent multi:* didiciſſe fideliter artes emollit mores nec ſinit eſſe feros.

8. per Conſ. Pæd. *Vos itaque, o mei, modeſtiæ rationem ſtudioſe habete.*

Prot. Ein tugendhafft Gemüth beleidiget niemand. ætiol. Denn die Tugend beſtehet darinn, daß ſie gutes, nicht aber böſes thut.

Amplif. 1. per medit. Es iſt nichts leichters, als dieſe Pflicht auszuüben, weil ſie darinn beſtehet, daß man nur etwas nuterläſſet.

2. a contrar. Wer andere zu beleidigen trachtet, giebet an den Tag, daß er die Tugend nicht gäntzlich zu Hertzen gefaſſet.

3. per medit. GOtt hat den Menſchen geſchaffen, daß einer dem andern ſol behülfflich, nicht aber ſchädlich ſeyn.

4. e L. adiunct. Ein tugendhaffter Menſch iſt dienſtfertig, gutthätig, freundlich, ſanfftmüthig.

5. per inſin. Ihr werdet mir alle Beyfall geben, als die ihr euer Hertz der Tugend zum Sitz und Wohnung eingeräumet, und nichts anders beginnet, als was tugendhafft und löblich iſt.

6. Conſectar Epan. O wie handeln doch einige ſo unbillig daß ſie andere ſuchen bald an ihrem Leibe, bald an ihren Güthern, bald an ihren guten Nahmen zu beleidigen.

7. per Conſ. Pæd. Ihr aber ſtrebet darnach, daß ihr niemanden beleidiget.

## *CAPVT QVARTVM.*

## DE CHRIA APHTHONIANA.

§. 1.

APhthoniana Chria nomen habet ab Aphthonio Sophiſta, qui natus Antiochiæ, vbi Ciceronis ætate ſtudia literarum non negligebantur, ſeculo ſecundo vixit, & Progymnasmata ſeu Proluſiones & exercitationes, quibus ad dicendi facultatem præparetur iuuentus, Hermogenis exemplo & ſubſidio, conſcripſit, in quibus etiam *Chria* locum habet.

§. 2. Quindecim omnino Sophiſta dicendique

dique magiſter hic tradidit Progymnasmata, quæ hoc ordine proponuntur: Fabula, Narratio, Chria, Sententia, Confutatio, Confirmatio, Locus Communis, Laudatio, Vituperatio, Comparatio, Ethopœia, Deſcriptio, Amplificatio, Theſis, Legislatio.

§. 3. Habet Aphthoniana Chria partes octo, quas exprimere ſolent verſiculo: *quis, quid, cur, contra, ſimile, & paradigmata, teſtes.* Sunt nimirum 1. *Encomium*, ſeu *Laus auctoris*, vbi laudatur vel auctor ſententiæ, vel ipſa ſententia, de qua dicendum, vel vtriusque laus coniungitur.

2. *Paraphraſis*, quæ ſenſum dicti pluribus magisque perſpicuis verbis explicat.

3. *Ratio* ſeu *Cauſa*, vbi vna vel plures afferuntur rationes, vt probetur, vere ſapienterque fuiſſe dictum, vel factum.

4. *Contrarium*, quod ex oppoſito dictum illuſtrat, vel etiam obiectionem contra illud affert ac ſoluit

5. *Simile*, cum ſimilitudine vel vna, vel pluribus illuſtratur dictum.

6. *Exemplum*, cum exemplo vel vno, vel pluribus illuſtratur ſententia.

7. *Teſtimonium*, cum aliorum dicta, ſymbola, vel apophthegmata, quæ eundem habent ſenſum, ad declarandam ſententiam afferuntur.

8. *Concluſio*, cum vel ipſa ſententia repetitur, cum aliqua eius vel auctoris laude; vel morale

ali-

aliquod, ſeu conſectarium ad vſum auditorum elicitur.

§. 4. Habet hæc Chria hoc peculiare, vt Encomium & Paraphraſin præmittat: Ceteræ partes in Chria Practica & eius amplificatione vulgari omnes occurrunt. *Encomium* pertractatur vt Chria practica, quæ vel propterea huic præmittitur. *De Paraphraſi* iam dictum eſt cap. III. §. 22. ſ. *Conſectarium*, quod in Concluſione locum habet, exponitur cap. III. §. 27. ſeq.

Sit exemplum.

Encomium. *Plutarchus Chæronenſis in ſapientiſſimis veterum, quos olim Græcia tulit, cenſetur merito, & vere promus condus antiquæ Græcorum atque Romanorum hiſtoriæ ſapientiæque habetur; & ſi nullum amplius Bœotia dediſſet ſapientem, ſatis ea, quæ de craſſo Bœotorum ingenio fuerunt dicteria, retudiſſet. Deſcripſit enim excellentium Græcorum Romanorumque Imperatorum ac ſapientum vitas, & inter ſeſe prudentiſſime contulit, multisque ciuilis prudentiæ & morum doctrinæ præceptis, veluti gemmis quibusdam, interſtinxit atque exornauit. Pluræ etiam ſcripta, quæ ad morum pertinent doctrinam, reliquit, variamque veterum huius generis ſapientiam nobis conſeruauit. Alia inter ſapientiæ præcepta non poſtremum eſt, quod in vita Romuli p. 39. legimus:* αὔη ψυχὴ σοφωτάτη καὶ ἀρίϛη.

Paraphraſis: *Non difficile eſt auctoris mentem colligere; innuit enim, hominem, qui ſobrie viuit, ſapienter agere, recteque & ordine ſua tractare, & prudenter in aliorum verſari congreſſu.*

Ratio

Ratio : *Atque hoc cum veritate omnino conuenit. Nam ſobrie ſi homo vitam agit, animus ſibi conſtat, aptus eſt ad cogitate conſultandum, & corporis membra parata ſunt illud exequi, quicquid animus decreuit, & vel officii ratio, vel caſus aliquis requirit.*

Contrarium : *Contra ea ſi vino madet homo, & mens ebrietate grauata eſt, tum animus obturbatur, ſpiritus debilitantur, memoria hæſitat, oculi caligant, manus vacillant, pedes titubant, nec quicquam ordine recteque vel cogitare, vel peragere poteſt.*

Simile : *Quod enim imperator in exercitu, nauclerus in naui, & auriga in curru eſt, hoc animus eſt in homine, qui ordinat & imperat, quicquid a ceteris fieri membris debet. Sicuti autem tum demum feliciter rem gerit exercitus, & nauis curſum perſequitur, & currus ordinate fertur, ſi rectores illorum ſobrii fuerint, prudenterque rectoris quisque perfungatur munere : ſic homo ſapienter ordinateque ſuis in rebus verſabitur, mens ſi ſobria fuerit.*

Exemplum. *Spartani veteres parciſſime bibebant, vt ipſi pro aliis, nec alii pro ſe conſultarent. Et Romanis olim permiſſum non erat ante trigeſimum ætatis annum bibere vinum; qua in vitæ ratione Itali ingenioſi eos æmulantur, qui non facile tantum potionis hauriunt, vt ebrii fiant.*

Teſtimonium, *Teſtimonium ſi deſideremus, Cicero conuenienter noſtræ ſententiæ ſcribit :* mente recte vti non poſſumus multo cibo & potione completi. Tuſcul. V.

Con-

Concluſio, *Quisque igitur vitæ rationes ſic ineat, vt ſobrie ac temperanter viuat.*

§. 5. Non lege quidem ad has octo partes Chriam adſtrinxit Aphthonius, quaſi non contrarium, vel exemplum, vel teſtimonium liceat omittere, vel ordinem immutare; interim tamen ille ſolet & tradi & teneri in Scholis ordo partium, qui ante deſcriptus fuit.

§. 6. Formulæ connectendi partes variæ tironibus in arte dicendi præſcribi ſolent, quarum nonnullas hic repetemus. Tales ſunt

In Paraphraſi: *Auctoris ſententia eſt; verbis his vult ſignificare; dicto hoc auctor innuit:* ſeine Meynung gehet dahin, er will ſo viel ſagen.

In Ratione ſeu Cauſa: *nam, etenim, ratio eſt, nec ſine ratione dixit, nam; eſt ſane cedro digna ſententia, nam;* denn, wie kan es anders ſeyn.

In Contrario: *contra ea, e contrario, e diuerſo, ſed dicat aliquis, obiiciat aliquis;* im Gegentheil aber, zwar möchte jemand ſagen, oder, einwenden.

In Simili: *quemadmodum, ſicuti,* quibus reſpondent: *ita, eodem modo, eadem ratione;* gleichwie, alſo auch, nicht anders als.

In Exemplo: *multis ſententia poſſet illuſtrari exemplis, ſed vnum ſatis erit; prodeat hic vel ille, ſuoque nos exemplo doceat, quod hactenus cognouimus;* es könten viel Exempel angeführet werden, wenn es nöthig wäre, wir wollen nur eins beybringen; wir wollen die Sache mit einem Exempel erläutern.

In

In teſtimonio: *Idem innuit, eadem eſt ſententia, audite, quid Cicero ſentiat;* gleiche Meynung führet, hierinn ſtimmet uns bey.

In Concluſione: *cum igitur ita ſe res habeat, vere igitur beneque dixit;* So hat demnach wohl geredet. Quæ formulæ variis modis variari atque figuris Rhetoricis veſtiri queunt.

§. 7. Eſt hæc Chria vel *verbalis*, vel *actiua*, vel *mixta*. Verbalis *eſt, cum dictum aliquod exhibetur ac declaratur.* Talis erit, ſi declaretur dictum Heſiodi: *non ſemper æſtas erit, componite nidos:* talis etiam fuit, quæ §. 4. legitur. Activa *eſt, cum nutu vel geſtibus aliquid ſignificatum eſt, & declaratur.* Talis erit, ſi declaretur factum Pythagoræ, cum interrogatus, quanta eſſet hominum vita, nihil reſpondit, ſed paulum ſe dedit conſpicuum, & mox ſe occultauit, ſignificans vitæ breuitatem: aut ſi declaretur factum Reginæ Suediæ CHRISTINÆ, cum depoſita regni inſignia obliquis oculis adſpexit. Mixta *eſt, cum actio quadam, quæ verba adiuncta habet, declaratur.* Talis foret, ſi explicaretur, quomodo Diogenes Cynicus venerit ad Antiſthenem, ab eoque in diſciplinam voluerit recipi; & cum hic negaret, & tandem baculo minaretur, reſponderit: *nullum baculum habebis tam durum, qui me repellat, dum aliquid, vtile quod ſit, abs te diſcere queam.*

§. 8. Chriæ *actiuæ*, & *mixtæ* eodem modo, quo *verbales*, tractantur, ſi modo obſeruetur, quod paraphraſis ſententiam actionis geſtusque recte exhibe-

hibere debeat: vbi paraphraſis hiſtorica ſubinde requiritur. Chriſtophorus Columbus requirebat a quibusdam, vt ouum in menſa ſtatuminarent, quod cum fruſtra tentaſſent, ipſe menſæ non nihil illiſit ouum, ac ſtare fecit: Idem cum facerent reliqui, dixit Columbus: niſi vobis præiuiſſem exemplo, nondum ſciretis. Hic opus eſt hiſtorica paraphraſi: nimirum obiectarant nonnulli Columbo, quod res tanti non fuiſſet inueniſſe nouum orbem, quos ea ratione voluit redarguere, ac docere, facilius eſſe alium imitari, quam aliquid inuenire. Pluribus hoc genus Chriarum, præter alios, pertractauit Io. Henningius, vir de noſtris etiam Muſis meritiſſimus, in Chriologia, quæ 1696. tertium Quedlinburgi prodiit.

§. 9. Vſus Aphthonianæ Chriæ alius fere non eſt, quam vt ſcholis inſeruiat ad exercendam in dicendo iuuentutem, vnde & *ſcholaſtica* dicitur. Poteſt tamen in vita ciuili vſum præſtare, ſi concluſionis loco ad caſum aliquem accommodetur. Atque tum Theſis ea vicem ſubit, qua de paulo poſt dicetur.

## *CAPVT QVINTVM.*

# DE CHRIA INVERSA. per *ANTECEDENS & CONSEQVENS.*

§. I.

CHria duplex eſt, ***ordinata*** & ***inuerſa.*** Ordinata *eſt*, *cum Protaſis præcedit*, & *Ætiologiæ*

*logia cum Amplificatione ſequitur*. Tales adhuc fuerunt omnes, quæ ſunt allatæ. Inuerſa *eſt*, *cum vel Ætiologia, vel Amplificatio præcedit, & Protaſis ſequitur*. Talis eſt

1. *Nouum Tibi munus collatum eſſe lætus cognoui. Ergo gratulari de eo volui.*

2. Kayſer Carolus V. gebrauchte zu ſeinen ſymbolo: plus vltra.

Dieſes muß ſonderlich beym ſtudiren in acht genommen werden.

§. 2. Duplex hinc emergit Chria inuerſa, 1. *per antecedens & conſequens*, cum Ætiologia præmittitur & Protaſis ſequitur; 2. *a theſi ad hypotheſin*, cum Amplificatio præcedit, & Protaſis ſequitur. De priori hic agetur.

§. 3. Chria igitur *per antecedens & conſequens* eſt, cum ætiologia præmittitur, & protaſis ſequitur: *illa* hic *Antecedens*, *hæc Conſequens* appellatur.

Chria ordinata:

1. Prot. *Paſſio Chriſti devote meditanda eſt.* ætiol. *nam nobis ſalutem peperit.*

Chria inuerſa:

Antec. ſeu ætiol. *Chriſti paſſio nobis ſalutem peperit.*

Conſequ. ſeu Protaſ. *Ergo deuote a nobis meditanda eſt.*

2. Prot. Ich rathe dir, daß du dich nicht zu

Schiffe begebeſt. ætiol. Denn es iſt groſſer Sturm in der See zu befürchten.

Anteced. ſeu ætiol. Es iſt itzo die Zeit, da groſſer Sturm in der See zu vermuthen iſt.

Conſeq. ſeu Protaſ. Derowegen rathe ich dir, daß du itzo ja nicht wolleſt zu Schiffe gehen, und dich auf die See begeben.

§. 4. Hac in Chria cogitatio prima eſt de conſequente; hoc enim exprimit thema ſeu ſcopum orationis meæ: deinde cogitandum eſt de antecedente, quod vel cauſa & vera ratio eſt, qua conſequens probatur, vel occaſio thematis, & res quæcunque anteacta.

§. 5. Antecedens ætiologiam, veram cauſam & rationem Conſequentis, exhibet, cum conſequens recte infertur ex antecedente.

1. Antec. *Lucubrationes nimiæ nocent valetudini.*

Conſeq. *Ergo ne indulgeas ita lucubrationi.*

2. Antec. Die Tugend verbeſſert das Gemüth, und macht es vollkommener.

Conſeq. Derowegen ſo befleißige dich der Tugend.

§. 6. Nudam vero occaſionem ſiſtit antecedens, quando res aliqua anteacta, quæ tamen reſpectum aliquem ad conſequens habet, proponitur.

1. Anteced. *Victoria eſt reportata memorabilis.*

Conſeq. *Ergo DEO gratias agamus ſolennes.*

2. Anteced. *Rex venit in vrbem vicinam.*

Con-

Conſeq. *Itaque eo ſpectatum proficiſcar.*

3. Doctor juris es creatus. Ergo de nouo honore gratulor.

4. Antec. Caius iſt von ſeiner Reiſe glücklich nach Hauſe gekommen.

Conſeq. Derowegen iſt er bald darauf mit einer anſehnlichen Bedienung beehret worden.

§. 7. Qvod ſi Antecedens mera occaſio Conſequentis eſt, tum non ita manifeſte hoc cum illo cohæret, vt ſtatim præbeatur aſſenſus: hinc addi ſolet *ætiologia ſpecialis* ſeu *Connexio*, quæ probat Connexionem Conſequentis cum Antecedente; quæ tamen & ibi locum habet, vbi conſequens ex antecedente clare ſequitur, vt res fiat eo evidentior. *Tres* igitur ſic oriuntur Chriæ huius *partes*, *Antecedens*, *Connexio* ſeu ætiologia ſpecialis, & *Conſequens*.

1. Antec. *In peregrinas abire terras cogitas.*

Connex. *quia vero multum hac ratione augebis & doctrinam, & exiſtimationem tuam;*

Conſeq. *Itaque ex animo tibi gratulor.*

2. Anteced. Mein Vater verlanget, daß ich die Academie verlaſſen, und nach Hauſe kommen ſoll.

Connex. Weil ich aber noch gern eine Zeitlang hier verbleiben wolte;

Conſeq. So bitte ihm zuzureden, daß er mich wenigſtens den Sommer über hier noch laſſen möchte.

§. 8. Nec vero neceſſe eſt, vt vbique, præſer-

ſertim in ſermone, quem coram facimus, *connexio* addatur, cum tædioſa videri poſſit. Ich condolire wegen frühzeitigen Abſterben der Jgfr. Tochter, und wünſche, daß der Höchſte mit kräfftigen Troſt ſie aufrichten, und den Verluſt mit anderwärtigen Vergnügen erſetzen wolle.

§. 9. Partes iſtæ inueniuntur, & quidem 1) *antecedens*, ſeu factum, ſi cogitetur, quid factum ſit, v. g. *Fabius creatus eſt Doctor*: 2) *conſequens*, ſeu propoſitio, ſi cogitetur, quid inde ſequatur, & quid fieri debeat, v. g. *Ergo ei gratulari debeo*: & 3) *connexio*, ſeu ratio, ſi cogitetur, cur illud ſequatur e priori, v. g. *quia inter nos a pueritia interceſſit amicitia*, vel, *quia parens eſt patronus meus*.

Antec. quid factum? Der Sohn lieget kranck am hitzigen Fieber.

Conſeq. quid inde ſequitur? Sie wird erſuchet ſchleunig anhero zu kommen.

Connexio, cur id debet fiert? Weil er groß Verlangen trägt ſie zu ſprechen.

§. 10. Eſt quidem ordo naturalis, vt *primo* loco Antecedens; *ſecundo* Connexio ſeu Ratio, & *tertio* Conſequens ponatur, non tamen ad eum alligati ſumus, ſed pro lubitu partes transponi poſſunt: id quod obſeruandum eſt inprimis, ſi aliorum orationes reſoluamus, & per analyſin eruamus artificium. Sex vero modis omnino partes illæ transponi queunt.

Pri-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0082-3

Primus eſt ordinarius & naturalis. Anteced. *Amas otium & voluptates.* Connex: *quia vero multa hinc mala exiſtunt*: Conſequens *Itaque fugies otium, &, quæ ei coniuncta eſſe ſolent, voluptates.*

Secundus eſt: Anteced. *Otium ſectaris.* Conſeq. *Sed auctor tibi ſum ac ſuaſor, vt otium fugias.* Connexio: *nam multa hinc mala exiſtunt.*

Tertius: Connexio: *multa ex otio mala exiſtunt.* Conſeq. *Fugies itaque otium.* Anteced. *Tu vero adhuc nimis ſectatus es otium.*

Quartus. Connexio: *Tritum eſt, quod otium mater ſit vitiorum.* Anteced. *Tu vero otio nimium quantum adhuc indulſiſti.* Conſeq. *Fugies itaque hanc otii peſtem.*

Quintus. Conſequens: *Otium velim fugias.* Connex. *Multum hinc tibi naſcetur damni.* Anteced. *recogites modo, quantum otio tempus dederis.*

Sextus demum eſt: Conſeq. *Otium quæſo fugias.* Anteced. *Etenim ei te multum eſſe deditum cognoui.* Connex. *quod niſi fugias, in malorum barathrum incides.* Sic in Exordio orat. Cic. pro Archia primo eſt conſeq. *Archias eſt defendendus a Cicerone*: ſecundo anteced. *Archias fuit præceptor Ciceronis*: tertio Connex. *fecit, vt alios iuvare ac defendere poſſit.*

§. 11. Vt Chria hæc per Antecedens & Conſequens longior fiat, vel 1) partes Chriæ multiplicantur, vel 2) amplificantur, vel 3) Chriæ aliquot combinantur, vel 4) Chriæ propoſitiones in Chrias reſol-

reſoluuntur. *Primo* multiplicari partes Chriæ poſſunt, ita vt vel Antecedens, vel Conſequens, vel Connexio, vel etiam duo, aut omnia tria multiplicentur.

Exempl. 1. vbi plura ſunt antecedentia.

Anteced. 1. *Sempronius patria belli cauſa pulſus eſt.* 2. *rebus omnibus eſt ſpoliatus.* 3. *plures habet liberos.* 4 *vxor inſuper ægrotat.* Connexio. *Quia vero in alios benignus es ac liberalis.*

Conſequens. *Itaque oro, vt huic quoque ſubuenias, & liberaliter adiuues.*

Exemplum 2. plures habet Connexiones.

Anteced. Er ſchreibet, er ſey willens nach Franckfurth zu reiſen. Connex. 1. Weil nun die Stadt an ſich ſehenswürdig, und andere ſehenswürdige Dinge verwahret, und dann auch 2. die Meſſe daſelbſt itzo gehalten wird, und 3. was das vornehmſte iſt, die Käyſerliche Wahl vor der Hand iſt, da viel groſſe Herren und Frembde ſich einfinden werden. Conſeq. Als gratulire demſelben zu ſolcher Reiſe.

Exempl. 3. vbi plura Conſeq.

Anteced. *Hoſtis eſt in conſpectu.* Connexio: *quia vero res veniet ad prœlium:* Conſeq. 1. *forti ſitis animo,* 2. *ite in hoſtem intrepide,* 3. *fortiter pugnate,* 4. *bonæ confidite cauſæ.*

Exempl. 4. vbi omnes partes multiplicantur.

Anteced. 1. *Conſtitui mecum diſputationem conſcribere,* 2. *Deſtituor autem libris nonnullis, inprimis*

*qui*

*qui ad Hiſtoriam aui medii pertinent.* Connex. 1. *Bibliotheca vero tua probe a libris eiusmodi inſtructa eſt : 2. ſæpius tuum favorem in aliis ſum expertus.* Conſeq. 1. *velim itaque deſignatos mecum communices : 2. ſine damno reſtituentur. 3. ad ſimilia aliaue officia promtus ero.*

§. 12. *Secundo* amplificari poſſunt partes, & quælibet propoſitio pertractari ad modum Chriæ ordinatæ, ( quæ tum *acceſſoria* dicitur ) ita vt addatur eius ætiologia vel vna, vel plures, vel & amplificatio, quæ deſumi poteſt ex vulgaribus modis, a contrario, ſimili, exemplo, teſtimonio; vel ab inſinuatione aut meditatione; vel ex reliquis etiam amplificandi fontibus, qui exponuntur c. III. p. 45. ſ. §. 19. ſ. Materiæ apparatus, & propoſita longitudo aut brevitas ſermonis modum dabunt, vnam, an duas, an omnes tres partes amplificare velimus.

Exemplum 1. vbi anteced. & Connex. amplificatur, & Conſeq. multiplicatur.

Anteced. *Ad opponendi munus inuitor.*
ætiol. 1. *Sic enim fert ordo inſtituti noſtri.*
ætiol. 2. *Sic præſidis fert voluntas.*

Connex. *Sed imparem me huic prouinciæ ſentio.*
ætiol. 1. *Eſt enim materia difficilis, quæ viros etiam exercere poſſit.*
ætiol. 2. *Ego minus ſum exercitatus in diſputandi arte.* Inſinuat. per meditat. *male artem exercet, qui eam non didicit.*

Conſeq. 1. *Itaque omne mihi præſidium in humanitate Reſp. & fauore Præſidis collocatum puto.*

2. *Quæ ſum allaturus, in bonam accipietis partem.*

Exempl. 2. vbi omnes amplificantur partes.

Antec. Das gantze Land iſt in die gröſte Betrübniß geſetzet worden.

ætiol. Denn der Fürſt des Landes iſt durch einen unvermutheten Tod demſelben entriſſen worden.

Amplif. a compar. Wenn der Vater ſtirbet, ſo trauren die Kiuder; wenn die Sonne untergehet, betrüben ſich die Creaturen: Er war ein Vater des Vaterlandes; eine Sonne, die das gantze Land mit huldreicher und wachſamer Vorſorge gleichſam erwärmete.

Connexio: Solcher Verluſt wird durch den Durchl. Hrn. Sohn vollkommen erſetzet. ætiol. Denn er iſt nicht minder von vortreflichen qualitæten. Amplif. 1. ab effect. Die geſamte Unterthanen haben ſchon viel herrliche Proben davon geſehen. 2. ex L. compar. So wird auch nicht von einen Löwen ein Caninichen gezeuget, oder von Adlern Tauben ausgehecket.

Conſeq. 1. Derowegen ſo iſt das gantze Land dadurch aufgerichtet und höchſt erfreuet. ætiol. Denn es verſpricht ſich gleiche Hulde, Schutz und Sicherheit.

2. Es hat bißhero desfals die Glückwünſchungen abgeſtattet.

3. Die Muſen haben auch ihre unterthänigſte Schuldigkeit wahrnehmen wollen. ætiol. Denn ſie verſprechen ſich gantz beſondere Gnade.

§. 13.

§. 13. *Tertio* Combinari poſſunt Chriæ per Antecedens & Conſequens, ita vt vel duæ, vel plures vel ſine, vel cum amplificatione coniungantur. Nec vero neceſſe eſt, vt omnes tres vbique partes habeantur, cum duæ, prout commodum videtur, poſſint ſufficere. Modus hic frequens eſt in epiſtolis.

Exempl. 1. vbi ſine Amplificatione coniunguntur Chriæ.

Anteced. 1. Ich bin in Hamburg glücklich angekommen.

Connex. 1. Weil aber hieſelbſt einige bekandte Freunde angetroffen, und 2. mit verſchiedenen gelehrten Männern mich bekandt gemacht;

Conſeq. Als habe mich wieder Vermuthen hier länger aufgehalten.

Anteced. 2. Künfftige Woche werde die Reiſe nach Holland antreten. Connex. Weil aber das mitgenommene Geld mehrentheils in Hamburg aufgegangen: Conſeq. So erwarte in Holland einen friſchen Wechſel.

Anteced. 3. Ich möchte auch wohl gern Engeland beſehen. Connex. Weil aber der bevorſtehende Winter die Schiffarth unſicher machet, Conſeq. So will dieſe Reiſe biß aufs Früh Jahr ausſetzen.

Anteced. 4. Ich werde alles, was merckwürdig, auf der Reiſe genau aufzeichnen. Connex. Und weil er ein groſſer Liebhaber von ſolchen Anmer-

merckungen iſt, Conſeq. So will alles bey meiner Wiederkunſſt mündlich erzehlen.

Exemplum 2. vbi duæ combinantur Chriæ, & partes amplificantur.

Anteced. 1. *Titius cum laude muneri ſcholaſtico præfuit.* ætiol. *nam fidelis & induſtrius in eo fuit.* amplif. 1. *Loquuntur id diſcipuli, ad humanitatis ſtudia bene formati.* 2. *teſtantur id Collegæ.* 3. *tota nouit ciuitas.*

Connexio. *Vacuum vero reliquit munus.* ætiol. *nam vocatus in patriam fuit ad eccleſiaſticam prouinciam.* amplif. 1. per meditat. 1. *Ita ſolet Deus modo in hanc, modo in illam vineam aliquem mittere,* 2. *pietas eſt in patriam, vt ei pro viribus operam præſtemus.*

Conſeq. *Itaque de ſupplendo eo cogitarunt ſuperiores.* ætiol. *neque enim voluerunt ſine ductore eſſe iuuentutem.*

Anteced. 2. *Caius commendatus fuit a viris eruditis.* ætiol. *eſt enim ſtudiis humanitatis probe excultus,* 2. *erudiendæ iuuentuti adhuc operam dedit.*

Connex. *Et quia is ſuffragiis legitimis electus fuit.*

Conſeq. 1. *Ego iuſſu & autoritate ſuperiorum muneri eum præficio :* 2. *hortor eius diſciplinæ alumnos, vt diligentiam & obſequium præſtent.* 3. *Deus ſecundet docentium ac diſcentium labores.*

§. 14. *Quarto* ſingulæ Chriæ propoſitiones

in

in totidem Chrias poſſunt reſolui, ita vt quælibet per Antecedens, Connexionem & Conſequens amplificetur.

Anteced. Eſt mihi iter neceſſarium.

Connex. Quia vero nolim vacuum relinqui muſeum;

Conſeq. Tu velim citiſſime redeas. Quæ ita reſoluetur:

Anteced. 1. *Iter mihi præter ſpem ſuſcipiendum eſt.*

Connex. *Quia vero differre id non licet.* Conſeq. *poſtridie id ingrediar.*

Anteced. 2. *Libri, vt noſti, omnibus patent in muſeo.* Connex. *quia vero facile fit, vt abſente poſſeſſore aliquid alienetur*; Conſeq. *nolim vacuum relinqui muſeum.*

Anteced. 3. *Tu quidem per menſem abeſſe conſtituiſti.* Connex. *quia vero & tua res agitur.* Conſeq. *velim quam citiſſime redeas.* Sed hic modus ſubinde aliquid habet, quod coactum videri poſſit, eoque minor eius eſt vſus.

§. 15. Vſus Chriæ per antecedens & conſequens ampliſſimus eſt, latiſſimeque patet. Nam in vita ciuili, v. g. in Epiſtolis, aliisque orationibus ciuilibus, in gratulatione, doloris ſignificatione, gratiarum actione, hortatione, dehortatione, ſuaſione, diſſuaſione & ſimilibus locum hæc Chria habet: atque hinc a nonnullis Chria *Epiſtolica* & *Politica* appellatur. Neque nullum in ſcholis

vſum

vſum habet, vbi Proluſionibus atque Exordiis orationum inſeruit: ſi enim occaſio aut res geſta quædam dicendi materiam præbet, tum Antecedens *Exordium*, & Conſequens *Propoſitionem* conſtituit.

1. Anteced. *Libros optimos, & leuiori quidem pratio, te vendere intellexi.*

Connex. *Quia vero indicium hoc eſt leuioris ac diſſoluti animi, vt nihil iam de damno dicam:*

Conſeq. *Itaque auctor tibi ſum & ſuaſor, vt hoc omittas in poſterum.*

2. Anteced. Was ich geſuchet, das habe nach Wunſch erhalten.

Connex. Weil aber mein Patron durch ſeine recommendation vieles beygetragen.

Conſeq. Als habe hiemit gehorſamſten Danck wollen abſtatten.

3. Anteced. ſeu Exordium: *Conſtitui mecum Iuris naturæ præcepta tradere.*

Connex. *Iuuat autem fontes cognoſcere, vnde petenda ſit hæc diſciplina.*

Conſeq. ſeu protaſ. *dicam igitur de præcipuis doctoribus Iuris Naturæ.*

4. Anteced. *Pax cum Turcis eſt compoſita.* Connex. *Quia vero rei Chriſtianæ ea eſt & glorioſa & vtilis:* Conſ. *Merito ea gratulatione celebratur.*

§. 16. Inprimis autem in Epiſtolis vſus Chriæ huius conſpicitur. Sunt enim Epiſtolæ *orationes, quibus cum abſentibus loquimur.* Solet

autem

autem Epiſtolis præmitti *Formula Initialis*, quæ fere conſiſtit in inſinuatione, vt bene literæ meæ accipiantur, quam temporis, perſonæ & materiæ ſuggerit conditio; & ſubiungi *Formula Finalis*, quæ vel conſequens commendat, vel etiam votum addit, vel officium promittit, per inſinuationem.

1. Form. Init. *Humanitas tua ſingularis quosuis admittit, qui bonam mentem afferunt.*

Anteced. *Studiorum atque ſtudioſorum communem te eſſe patronum publica fama loquitur.*

Connex. *Ego adhuc bonis literis pro viribus ſum operatus.*

Conſeq. *Tuo me velim fauore inter alios digneris.*

Form. Final. *Tui cultu & obſeruantia nulli concedam.*

2. Form. Init. Uberbringer hat mir Gelegenheit an Sie zu ſchreiben gegeben.

Anteced. Er iſt Willens auf Ihrer Academie ſeine ſtudia fortzuſetzen.

Connex. Weil er nun gern jemand haben möchte, deſſen Raths er ſich bedienen könte;

Conſeq. Als habe denſelben M. H. beſtens recommendiren wollen.

Form. Fin. Ich werde ſelbſt dafür Schuldener ſeyn, was ihm liebes wird erwieſen werden.

§. 17. Si longiorem materia epiſtolam, requirat, tum partes vel 1) multiplicari, vel 2) amplificari, vel etiam 3) Chriæ aliquot combinari

nari poſſunt, prout ante (§. 11. ſ.) monſtratum fuit.

§. 18. Antecedens multiplicetur oportet, ſi factum aliquod, vel etiam plura facta contineat: 2. In amplificatione & elegantiam, & pondus epiſtolæ addit, ſi vel connexio, vel conſequens ætiologiis confirmetur.

1. Form. Init. *Si irreuerentius, quam fas eſt, accedam, abs tua humanitate ſingulari veniam mihi promitto.*

Anteced. 1. *Per aliquot annos in Academia N. ſum verſatus, magnamque partem ſtudia humanitatis tractaui. 2. Ex eo tempore, quo diſceſſi, ingenuos adoleſcentes per triennium ad hoc literarum genus formaui pro virili. 3. Formandæ etiam iuuentuti ſtudia dicaui mea.*

Connex. 1. *Quia vero ſcholaſticum apud vos munus vacat: 2. atque penes te, vir ampliſſime, potiſſima id conferendi facultas eſt;*

Conſeq. *Omnibus te oratum modis cupio, vt mihi illud benigne conferri cures.*

Form. Fin. *Ego in id maxime enitar, vt officii rationem recte habeam. 2. fauoremque tuum omni ſtudio atque officio demereri queam.*

2. Form. Init. *Priſtini fauoris fiducia has ad te literas ſcribo.*

Anteced. *Caius complures mihi annos cognitus eſt.* ætiol. *nam puerum cooptaui in familiam, literisque imbuendum tradidi.* rat. ratio: *erat pauper, orbus, & bona indole, literisque accom-*

*modata.* medit. *ſolet Deus hoc ſæpe beneficium tribuere pauperibus, vt bona ſint indole atque ingenio, vtilesque reipubl. dare poſſint viros.*

Connex. *Opus iam habet patronis.* ætiol. *nam in Academiam non affert ſufficientes ſumptus.* rat. rat. *quod habet, meo & aliorum habet beneficio.*

Conſeq. *Tu velim ei ſis patronus, vt potiatur menſæ beneficio.* ætiol. *multum enim vales in Academiæ Senatu.* amplif. *non in indignum & ingratum conferes beneficium.*

F. F. *Ego, quod ei tribues, meum reputabo.* 2. *Tibi viciſſim grata facere ſtudebo.*

3. F. I. Dieſen Brieff ſchreibe auf Veranlaſſung der Frau Mutter.

Anteced. Sie hat vernommen, daß er ein ander ſtudium erwehlen wolle.

Connex. Sie iſt aber nicht wohl damit zu frieden.

ætiol. 1. Denn des ſeel. Vaters Wille iſt jederzeit geweſen, daß er Theologiam ſtudiren ſolle.

2. Er hat ſchon einige Jahr damit zugebracht.

3. An Beförderung hätte er nicht zu zweiffeln.

4. Die hinterlaſſene Bibliothec würde keinem zu Nutze kommen, und zerſtreuet werden.

Conſeq. Derowegen habe ihn erinnern ſollen von ſeinen Vorhaben abzuſtehen. Er wolle überlegen, daß

ætiol. 1. Er würde von neuen müſſen anfangen.

2. Die Mittel nicht wohl zu reichen, das vorzunehmende ſtudium recht auszuführen.

3. Die promotion auch ſchwer fallen dürffte.

F. F. Ich verſpreche mir, daß ich die Fr. Mutter mit einer gewünſchten Antwort werde erfreuen können.

§. 19. In Epiſtolis, quibus reſpondemus, Conſequens prioris Epiſtolæ fit Antecedens noſtræ epiſtolæ: cetera eodem modo habent. Nec vero neceſſe eſt, vbique Conſequens tædioſe repetere; ſed noſtrum ſtatim de eo iudicium atque opinionem poſſumus perſcribere, omiſſa etiam Formula initiali, quæ & alias poteſt omitti.

Epiſtola, qua reſpondetur amico, qui commendauerat Fabium ad munus informandi filios.

Anteced. *Fabium commendaſti mihi, vt liberis eum meis præficerem.* amplif. per inſin. *Nec vero dubito, quin pro tua in me voluntate benevola eruditum ac probum mihi hominem commendaris.*

Vel: *Multum tibi debeo, quod mihi hominem commendaris eruditum, ſtudiis filiorum præficiendum.*

Connex. *Fuit autem mihi commendatus Titius, cui fidem iam dedi, quemque propediem exſpecto.*

Conſeq. *Itaque integrum mihi iam non eſt tua com-*

*commendationi locum relinquere.* Inſin. *In malam hoc partem pro æquitate tua non accipies.*

F. F. *Quod ſi tibi, vel Fabio tuo, gratum potero facere, promptus id faciam.*

Anteced. *Gratularis mihi de nouis honoribus.* Connex. *Tuam hinc voluntatem in me beneuolam perſpicio.* Conſ. *Gratias ago maximas.* F. F. *Precor, vt tibi viciſſim gratulari queam.*

§. 20. Atque hæc pro inſtituti ratione breviſſima ſunt præcepta conſcribendi epiſtolas: pluribus ea exponunt alii, qui ex inſtituto hoc argumentum pertractant, & in his B. anteceſſor, M. Samuel Schmidius in Hodego Epiſtolico, qui antiquam rationem, cum hodierna facile conciliandam, vberius tradit, & reliqua etiam, quæ ad epiſtolare negotium pertinent, ſtudioſe perſequitur. Jungi poſſunt Lipſius, Buchlerus, Reyherus, Morhofius, Junckerus, Ackerus, alii.

## *CAPVT SEXTVM.*

## DE CHRIA PER THESIN ET HYPOTHESIN.

### §. I.

ALterum Chriæ inuerſæ genus eſt, quæ fit per *Theſin & Hypotheſin*, ita vt Amplificatio tanquam Theſis præmittatur, & Protaſis

taſis ſeu applicatio, velut Hypotheſis, ſequatur.

§. 2. *Theſis* igitur nil aliud *eſt*, *quam amplificatio quædam thematis mei præmiſſa.* Seu: *eſt generalior quædam propoſitio, quæ cum themate meo aliquam habet connexionem.* *Hypotheſis eſt applicatio materiæ propoſitæ ad thema meum, ſeu propoſitionem orationis meæ.*

1. Theſis ſeu Exemplum: *Philippus, Macedoniæ rex, hunc obſeruabat morem, vt mane quis ei acclamaret: Philippe, hominem te eſſe memineris.*

   Hypotheſ. ſeu applicatio: *Si res fuerint ſecundæ, cogitandum eſt, quod aduerſæ ſequi ſoleant.*

2. Theſis ſeu emblema: Ein Tugend-liebender Mann hatte Gefallen an dem Sinn-Bild, da eine ſchöne Roſe unter den Dorn-Zweigen abgebildet ſtehet, mit dem Bey-Wort: inter ſpinas ſpiro.

   Hypotheſ. ſeu applicatio. So iſt die wahre Tugend gearthet, die läſſet auch in Wiederwärtigkeit ihre Beſtändigkeit am meiſten ſehen.

§. 3. Primo igitur cogitandum eſt de orationis propoſitione, ſeu Themate, quod vel offertur nobis, v. g. *præficiendus quis eſt muneri ſcholaſtico; gratulandum eſt patrono de die natali; habenda eſt oratio funebris, ſeu parentatio; transloсandi ſunt alumni:* vel pro arbitrio noſtro, caſu aliquo ſic ferente, ſumitur, v. g. *excitandum eſt ſtudium virtutis, vel diſcendi amor in diſcentibus;*

*exci-*

*excitandi ſunt auditores ad cultum ſermonis Latini; proluſio præmittenda tractationi Hiſtoriæ literariæ.* Prius thema *datum*, poſterius *acceptum* appellatur, quod vel *liberum*, vel *adſtrictum* eſt v. p. 25.

§. 4. Thema ſi conſtitutum fuerit, de *Theſi* cogitatur. Inuenitur Theſis, ſi materia exquiratur, quæ cum propoſitione ſeu themate relationem quandam habet, quæ v. g. ad id ſe habet, vt genus ad ſpeciem, vt totum ad partem, vt cauſa ad effectum, vel viciſſim: item, ſi contrarium, ſimile, diſſimile, emblema, hieroglyphicum, inſigne, exemplum, fabula, ſententia, prouerbium, apophthegma, ſymbolum, moneta, inſcriptio, vel quicquid curioſum inuenit ſeculum, ſeligatur. Quicquid igitur amplificationi argumentum præbet, id Theſin dare poteſt, ſi quem ad thema reſpectum habet.

Protaſ. *Oratores Latini recentiores cum veteribus ſunt coniungendi.* ætiol. *Hi enim ad genium ſeculi accommodant dicendi facultatem.* Amplif. ab exemplo vel teſtimon. Plinius L. VI. ep. 21. *Sum ex iis*, inquit, *qui mirer antiquos, non tamen, vt quidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio.*

Theſis. Plinius de ſe ſcribit: *ſum ex iis, qui &c.*

Hypotheſ. *Scriptores nos & oratores recentiores cum veteribus, Cicerone & aliis ordine recteque coniungimus.*

Theſ. *Miſeria vitæ humanæ* Hypotheſ. *Felicitas vitæ æternæ.*

Protaſ. Ein Chriſt ſoll ſtets an den Tod gedencken, und ſich dazu bereiten. ætiol. Denn wir ſind niemahls vor den Tode geſichert.

Amplif. 1. per ſimile. Ein Schiffer giebet fleißig acht auf den Wind, damit er, ſo bald er ſich gut anläſſet, könne fortſegeln, wohl wiſſende, daß der Wind nicht auf ihn wartet.

2. per obſeruat. phyſicam: Bey dem Vorgebirge der guten Hoffnung iſt ein Berg, welchen die Holländiſchen Schiffer den Taffelberg nennen; auf demſelben läſſet ſich zuweilen ein klein Wölckgen ſehen, welches bald den gantzen Berg einnimmet; wenn dieſes die Schiffer ſehen, ſo laſſen ſie die Segel fallen, und wenden ſich nach der hohen See, weil ſonſt das Schiff ohnfehlbar verlohren gehet. Man könte gar füglich die Worte darbey ſetzen: præuiſa non nocent.

3. per exempl. Die Chriſten in Abyſſinien tragen bey öffentlichen Proceſſionen Töpffe mit Erde gefüllet auf ihreo Häuptern, damit ſie ſich ihres Urſprungs erinnern, und wie ſie dereinſt wieder zur Erden wieder werden müſten.

4. per emblema: Carolus Rancatus ſtellete reiffe Aehren vor, mit der Beyſchrifft: exſpectant falcem.

5. per teſtimon. Hieronymus ſchreibet von der S. Maracalla: *Sic ætatem duxit, & vixit, vt ſemper*

*ſe crederet eſſe morituram*, Quot hic ſunt amplificationes, tot fieri poſſunt Theſes, & ad propoſitionem præmiſſam per Hypotheſin applicari. Nos in vna alteraque tantum hoc monſtrabimus.

Theſ. 1. Ein Schiffer der zu Lande lieget, giebet fleißige Acht auf den Wind, damit er bey angehenden guten Winde die Segel aufſpannen, und ſeine Fahrt fortſetzen könne, und an einer glücklichen Reiſe nicht gehindert werde.

Hypotheſ. Ein Chriſt hat Urſach täglich an den Tod zu gedencken, und ſich darzu wohl zu bereiten. Hypotheſis ſpecialis erit, ſi ad certam perſonam accommodetur, quo de inferius.

Theſ. 2. Jener ſinnreiche Italiäner ſtellete reiffe Aehren vor, und ließ die Worte dabey ſetzen: exſpectat falcem.

Hypotheſ. Solche Gedancken ſolten billig alle Chriſten führen, und bedencken, daß ſie alle Tage des Todes Sichel erwarten müſſen. Et ſic ceteræ quoque accommodari poſſunt. Addimus adhuc vnam.

Theſ. 3. Pythagoras und andere Heydniſche Welt-Weiſen beſchreiben die Philoſophie, daß ſie meditatio mortis, eine Betrachtung des Todes ſey.

Hypotheſ. Dieſes ſolte auch der Chriſten Weißheit ſeyn.

§. 5. Deinde Theſis quoque inuenitur, ſi ex propoſitione mea eiusque ætiologiis Locos com-

munes, vel meditationes dedúco, V. p. 45. 47. Quot igitur habeo Locos communes, vel meditationes, tot habeo Theſes, propoſitioni ſeu Hypotheſi meæ præmittendas.

Prot. *Dicam de Spiritus S. perſona & officio.*

ætiol. *Feſti namque dies ei ſacrati celebrantur in Eccleſia.*

L. C. 1. *Eccleſia antiqua certos inſtituit feſtos dies vt Dei beneficia in genus humanum collata celebrentur.*

2. *Omnes Chriſtiani, inprimis autem literarum ſtudioſi, cauſam habent, cur feſtos dies Spiritui S. ſacros deuote celebrent.*

Inuerſa Chria.

Theſis ſeu Exordium: *Eccleſia ab antiquis temporibus feſtos inſtituit dies, vt Dei beneficia, quæ hominum generi præſtitit, declarentur ac celebrentur.* Vel:

Theſ. 2. ſeu Exord. *Vniuerſi Chriſtiani, præ ceteris autem bonarum artium ſtudioſi, feſtiuitatem Spiritui S. ſacratam deuote celebrent oportet.*

Hypotheſ. ſeu Propoſitio: *Breuiter de Spiritus S. perſona & officio ſum dicturus.*

Prot. Wer ſich von Zorn einnehmen låſſet, wird leicht verſtoſſen.

L. C. Wo die Affecten herrſchen, da bringen ſie nicht viel Gutes.

Theſis: Wo die Affecten bey einen Menſchen

die

die Oberhand behalten, da entſtehet nicht viel Gutes.

Hypoth. Wer ſich vom Zorn einnehmen låſſet wird leicht verſtoſſen.

§. 6, Locus Communis, Meditatio, Simile, Comparatum a maiori vel minori, Emblema, Hieroglyphicum & ſimilia ex ingenio poſſunt excogitari: exempla, teſtimonia, ſymbola, inſcriptiones & eius generis alia lectio & collectaneorum apparatus ſuppeditat. Ea vero Theſis optima cenſebitur, quæ maxime conueniens videtur, & ad quam declarandam idoneus materiæ ſuppetit apparatus.

§. 7. Theſis vero tractatur per modum Chriæ Practicæ, per ætiologias quaſcunque, ſiue vulgares, ſiue eruditas. Quod ſi Theſis fuerit ſententia, vel apophthegma, vel emblema, vel eiusmodi quid obſcurius dictum, tum locum habet Paraphraſis vel Grammatica, vel etiam hiſtorica, & philoſophica, prout vel vnam alteramue, vel omnes res requirit.

Theſis: *In patria non ſemper deſidendum.* ætiol. *Nec enim domi omnis doctrina, ſapientia & virtus naſcitur.*

Amplif. 1. a contrar. *Contra ea abeſſe patria, & aliorum virtutes, mores, doctrinamque cognoſcere, laudem ſemper habuit.*

2. a ſimili. *Qui domi ſemper deſident, ſunt veluti teſtudines, ſuam ſemper circumferentes domum.*

3. ab exemplo, *Si Corinthi vel Tarquiniis manſiſſet Tarquinius Priſcus cum patre Demarato, nunquam rex Romanorum fuiſſet creatus : nec tantam haberent famam doctrinæ Pythagoras, Plato & alii, niſi excurriſſent ad exteros.*

4. a teſtimon. *Ennius apud Ciceron. L. VII. ep. fam. 6.* multi ſuam rem bene geſſerunt & publicam patria procul, multi, qui domi ætatem agerent, propterea ſunt improbati.

Hypotheſis. ſeu applicatio fit ad aliquem, qui peregrinari cogitat.

Theſis : Zu Brüſſel ſtehet an einem Hauſe, welches der Schneider Innunge zugehöret, der Vogel Phœnix gemahlet, mit der Beyſchrifft : *tertium e cineribus ſemper melior reſurgo.*

Paraphr. 1. Gramm. Womit angezeiget wird, daß beſagtes Hauß zum dritten mahle von neuen erbauet ſey, aber allezeit in beſſerer Geſtalt und Vollkommenheit geſetzet worden, als es vorhin geweſen.

2. Hiſtor. Von dem Vogel Phœnix wird von den Alten vorgegeben, daß er, wenn er alt worden, Feuer unter ſeinen Neſt trage, und ſich ſelbſt verbrenne, da denn aus der Aſche ein junger Phœnix wieder hervor komme. Man läſſet es dahin geſtellet ſeyn, ob jemahls ein ſolcher Phœnix geweſen, woran die Gelehrten nicht unbillig gezweiffelt; indeſſen iſt gewiß, daß als anno 1695. Brüſſel von Franckreich bombardiret, und meiſten theils in die Aſche geleget worden, das Unglück auch dieſes

Hauß

Hauß mit betroffen, welches aber nebſt den andern beſſer, als es vorhin geweſen, erbauet worden.

L. C. In der Stadt Brüſſel iſt ein groſſer Reichthum, weßwegen auch der unſägliche Schade gar bald wieder erſetzet worden.

Medit. Durch den Krieg werden etliche Städte arm, andere aber reich.

Hypotheſ. Auf gleiche Weiſe werden die Todten dermahleins viel vollkommener aus der Erden hervor gehen, wenn ſie CHriſtus wird auferwecken, es wird heiſſen : melior reſurgo.

§. 8. *Hypotheſis*, quæ applicat Theſin ad thema & præſentem ſcopum, potiſſimum in hac Chria facit momentum : eſtque vel *directa* & *poſitiua*, vel **indirecta** & **negatiua**. Directa *id, quod in Theſi dictum, etiam de re propoſita ſpeciatim dicit :* Talis eſt, cum applicatur genus ad ſpeciem, totum ad partem, cauſa ad effectum, exemplum ad exemplum, minus ( veriſimile ) ad maius ( veriſimile, ) ſimile ad ſimile : Indirecta *id, quod in theſi dictum, a themate remouet , & contrarium obtinere oſtendit :* atque talis eſt, cum contrarium ad contrarium, diſſimile ad diſſimile applicatur. Illius fundamentum eſt *ſimilitudo*, huius autem *diſſimilitudo*.

1. Theſis : *præſtantiſſimum munus, quod Deus homini conceſſit, eſt philoſophia.*

Hypoth, a tot. ad partem : *Moralis Philoſophia in primis homine digna eſt.*

2. Theſ.

2. Theſ. Cicero *in Orat. pro L. Manil. c. 10.* ego ſic exiſtimo, in ſummo imperatore quatuor has res ineſſe oportere, ſcientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem.

Hypoth. a gen. ad ſpec. *Quis dubitet, Principem Eugenium ſummum exiſtere belli ducem, in quo mire conſpirant iſtæ virtutes.*

3. Theſ. Der geſchloſſene Friede iſt höchſt erfreulich.

Hypotheſ. a C. ad eff. Man ſiehet mit Freuden die Früchte des Friedens, den ruhig getriebenen Ackerbau, Kauffmannſchafft, Gewerbe. ꝛc.

4. Theſ. *Paulus Manutius ſcribit in Epiſtolis, quod ſe quotidie in ſcribendo exerceat, ne dicendi ſcribendique copiam amitteret.*

Hypotheſ. a min. ad mai. *Quanto magis iuuenum eſt, quorum nondum ſatis exercitata & firmata eſt ſcribendi copia, vt ſe quotidie ſcribendo exerceant.*

5. Theſ. Der Käyſer Hadrianus führte oft die Wort im Munde: non mihi, ſed populo:

Paraphr. Er wolte ſein Regiment alſo führen, daß er allezeit auf des Volckes Wohlſeyn acht haben wolte.

Hypoth. ad exempl. Eben alſo war geſinnet der N. welcher allezeit die gemeine Wohlfarth ihm zum Ziel geſetzet.

6. Theſ.

6. Theſ. Der Menſch, die kleine Welt, beſtehet nicht, wenn nicht alle Theile wohl überein ſtimmen, und ein jedes das von der Natur angewieſene Ambt verrichtet.

Hypoth. ad ſimile : Eine Republic kan nicht beſtehen, wo nicht alle Glieder deſſelben durch Eintracht verknüpffet ſeyn, und ein jeder ſeine ihm aufgetragene Pflicht wahrnimmet.

7. Theſ. *Sine inſtitutione homo ſimilis eſt lapidi, vel ſeruo, ſecundum Ariſtippum.*

Hypoth. a contrar. *Inſtitutio contra facit, vt homo officium Hominis faciat, nec ſeruili maneat ingenio.*

8. Theſ. Der Käyſer Auguſtus ließ eine Müntze ſchlagen, mit der ſchönen Uberſchrifft : felix temporum reparatio.

Hypotheſ. ad diſſim. Wenn wir die heutigen Zeiten anſehen, ſo können wir die ſchönen Worte des Auguſti nicht allerdinges gebrauchen, und müſſen vielmehr mit betrübten Gemüthe das Gegentheil ſagen.

§. 6. Quod ſi Theſis in partes diſtributa fuit, Hypotheſis quoque ſeu applicatio diſtributionem ſecundum partes illas requirit.

1. Theſ. *Cicero Aſclepionem commendat medicum, quod ſibi tum ipſa* ſcientia, *tum* fidelitate beneuolentiaque, *ſatisfecerit, L. XIII. ep. famil. 20. Requirit in bono medico 1.* ſcientiam *tum morborum, tum medicamentorum ; 2.* fidelitatem, *qui non negligenter ægrotum habeat : &*

3. be-

3. beneuolentiam, *qui promptus ſit ad ſuccurrendum.*

Hypotheſ. applicat hæc ad perſonam, de qua ſermo eſt, & laudat in eo & ſcientiam rei medicæ, & fidelitatem, & beneuolentiam in iuuando.

2. Theſ. Plinius Paneg. c. 76. *diceris* (in conſulatu) *iuſtiſſimus, humaniſſimus, patientiſſimus fuiſſe.*

Hypotheſis fieri poteſt per partes, ſi dicendum de aliquo, qui magiſtratu functus eſt.

3. Theſ. *Tria faciunt Theologum,* meditatio, oratio, tentatio. Hypotheſis hæc tria oſtendit fuiſſe in Theologo, quo de ſermo eſt.

4. Theſ. Das Amt eines Evangeliſchen Predigers beſtehet in lehren, ermahnen und tröſten. Hypotheſis hæc probat ſimiliter, vti dictum. Eiusmodi ideas iuvat obſeruare atque annotare, eo quod in dicendi arte magnum præſtant vſum.

§. 10. Allegoria & figurata ſi fuerit Theſis, tum eadem allegoria in hypotheſi ſeu applicatione retineri debet, nec cum alia permutari, vel prorſus negligi. Quod vt commode fiat, rei proprietates ordine digeret & applicabit, ſolicite cavens, ne minuta ſectetur.

1. Theſ. *Sol omnia illuſtrat, & calore ſuo fouet, vitamque & incrementa virentibus largitur.*

Hypotheſ. *Sol eſt Princeps, qui clementia ſua in republ. omnia illuſtrat, curisque & vigiliis ſuis*

*ſecu-*

*ſecuritatem , pacem & fortunam ſubiectis præſtat.*

2. Theſ. *Arbor florens turbine deiecta pingitur, cum lemmate* : ante tempus ; quæ per paraphraſin & amplificationem declarantur vberius.

Hypoth. *Arbor eiusmodi florens erat defunctus iuuenis* : vbi virtutes & ſpes de eo concepta cum floribus comparantur ; præmatura mors autem cum turbine.

3. Theſ. *Si matrona comparetur cum margarita, de huius cogito affectionibus, & reperio, quod 1. naſcatur e rore cœleſti : 2. multo labore e mari extrahatur, 3. quod ſit candida, 4. inſeruiat medicinæ, 5. liqueſiat in aceto : 6. liquefacta retineat vim ſuam.* Quæ ad feminam virtutibus exornatam accommodari poſſunt ; & quidem 1. *quod cœli fuerit munus*, 2. *quod ſollicite educata*, 3. *virtutis ſanctitate eluxerit*, 4. *aliis inſervierit benefaciendo* : 5. *morbis & morte ſoluta ſit*, 6. *memoria virtutis ſuperſit.*

§. II. Aliquando *Hypotheſis* eſt non vna, ſed vel gemina, alia *generalis* alia *ſpecialis* ; vel triplex, *generalis*, *ſpecialis*, & *ſpecialiſſima*, cum ad certam perſonam fit applicatio.

1. Theſ. *Imperator Septimius Severus reuera ſeuerus & ſedulus laboris & diſciplinæ militaris exactor fuit : hinc ſæpe militibus conſueuit dicere* : laboremus.

Hypo-

Hypotheſ. general. *Omnibus hoc dictum eſt hominibus, quibus hanc cum ingrediuntur vitam, inſcriptum eſt* : laboremus.

Hypotheſ. Special. *Studioſi literarum vel nomine admonentur ſuo, quod & ipſis ſit laborandum, ſi feliciter ſtudiorum curſum velint conficere.*

2. Theſ. Käyſer Auguſtus, da er ſterben ſolte, ſagte zu den umſtehenden: ecquid iis videretur mimum vitæ commode tranſegiſſe? Sueton. in V. c. 99.

Hypot. Gener. Eines jeden Leben iſt ein Schauplatz des ſpielenden Glücks.

Hypot. Special. Welche GOtt zu Regenten geſetzet, ſind die vornehmſten Perſonen, die auf dieſen Schauplatz aufgeführet werden.

Hypot. Specialiſſ. Gar ſonderlich hat in dieſer ſcene ſeine Perſon agiren müſſen N. N.

§. 12. Non raro plures in oratione Theſes formantur, & vnicuique ſua ſtatim ſubiicitur Hypotheſis & applicatio; quæ ratio inprimis obtinet, cum allegoria per plura membra exponitur, quorum ſingulis applicatio ſua ſubiicitur, vt §. 10. in exemplo tertio fieri poteſt: Vel etiam pluribus Theſibus vna applicatio adiungitur.

Si matrona defuncta comparetur cum lilio, per membra poteſt fieri & Theſis, & Hypotheſis ſtatim ſubiici:

1. The-

1. Theſis. Eine Lilie iſt weiß und reinlich. Hyp. die ſeelig verſtorbene beflisse ſich eines reinen Tugend-Wandels.

2. Theſis. Eine Lilie giebt einen ſtarcken Geruch von ſich. Hypoth. Def. Tugend Ruhm iſt von jederman beliebet und erhoben worden.

3. Theſis. Lilien vermehren ſich ſehr. Hypoth. Neque D. hac parte minor fuit.

4. Theſis. Lilien heben niemahls ihr Haupt empor, ſondern neigen es niederwerts. Hypoth. D. war bey ihren Ehren-Stande demůthig.

5. Theſis. Lilien wachſen ungehindert, auch mitten unter den Dornen. Hypoth. D. ließ ſich durch die Creutzes-Dornen von ihren Tugendwandel nicht abhalten, und ůberwand ſie durch gedult.

6. Theſis. Lilien ob ſie gleich abgeſchnitten, blůhen dennoch. Hypot. D. ob ſie gleich durch den Tod abgeriſſen, låſſet dennoch ihren Tugend-Ruhm in dem Andencken der gantzen Stadt zurůcke.

7. Theſis. Lilien haben einen gelben Scepter. Hypoth. D. iſt durch das Gold des Glaubens zur himmliſchen Kron gelanget.

1, Theſis. Hiſtoria ſtudium eſt vtiliſſimum.

2. eſt iucundiſſimum.

3. Oculus Hiſtoriæ eſt Geographia.

Hypoth. Agam de Geographia.

 Cice-

Cicero L. XIII. ep. 28. Fam. in Seruio, Achaiæ præfecto, commendat Fidem, Amplitudinem & iuſtitiam: & quidem *Fidem*, quod nihil omittat, quæ ad bonum reipubl. pertinent; *Amplitudinem*, quod muneris ſeruet ſplendorem; *iuſtitiam*, quod ad Legum & æquitatis normam ſingula expediat. Hypotheſis ordine ita applicare hæc poteſt ad aliquem, qui magiſtratus, vel ſimili functus eſt munere.

§. 13. Hypotheſis ſeu applicatio eodem modo amplificatur per ætiologiam & amplificationes quaslibet, vti Theſis, vel Chria Practica.

Theſis. *Cum Galli a. 1679. reliquiſſent Traiectum ad Moſam, nummus exhibebat globum, quem duplex cornucopiæ circumdabat, cum inſcriptione:* inſtauratio ſeculi felicioris.

Hypoth: a Min. ad mai. *Nos ad Chriſti cunas meliori iure ſcribimus verba:* inſtauratio ſeculi felicioris. ætiol. *is enim orbi attulit pacem & bonorum, quæ nulla mens capere poteſt, ſpiritualium copiam.* Amplif. 1. per med. *non ſine omine natus eſt illo tempore princeps pacis, quo pax erat ſub Auguſto per orbem Romanum, meliorem allaturus pacem.*

2. a contrar. *Antea ſeruitute premebantur homines duriſſima, Deique hoſtes erant, æternum perituri.* ætiol. *in primis generis humani conditoribus vniuerſi erant facti perduelles Deo.*

3. a cauſ. fin. *Chriſtus vero humanam induit*

*for-*

*formam, vt dirißima ſuppliciorum perpeßione nos Deo redderet amicos.*

4. per medit. *Immenſus Chriſti amor eſt, quod noſtri cauſa homo factus tanta ſubierit ſupplicia.*

5. per Conſectar. didaſc. *Noſtra igitur peccata nunc expiata ſunt. &c.*

Theſ. Ein ſinnreicher Mann mahlet die Sonne am Himmel, auf der Erden einen Mohr, den ſie ſchwärtzet, und eine Leinwand, die ſie bleichet, darüber ſtehet: idem non idem.

Parap. Wil anzeigen, das die Sonne nicht einerley Wirckung habe, ſondern nachdem die Sache iſt, welche ſie beſtrahlet, nachdem ſey auch die Wirckung unterſchieden.

Hypoth. Ein Præceptor, der zugleich viel Schůler hat, und denen er einerley vortrågt, ſiehet doch nicht bey allen gleiche profectus. Da kan man wohl an die Catheder ſchreiben: idem non idem.

ætiol. Denn die Untergebene haben nicht alle gleiche ingenia, und laſſen auch nicht mit gleichen Fleiß ihnen das ſtudiren angelegen ſeyn.

ampl. a compar. Die Aecker tragen nicht gleiche Frůchte, ob gleich dieſelben mit gleicher Můhe gebauet, und mit einerley Saamen beſået werden, weil einer vor den andern

beſſern Grund und Boden hat. Teſtim. das gemeine Sprichwort lautet: non ex quolibet ligno fit Mercurius.

§. 14. Hypotheſis ſeu applicatio ſpecialiſſima ſi fuerit, v. g. in parentatione ad perſonam aliquam, tum huius vita, virtutes, dignitas & fata ſuppeditant amplificationem, cui Meditationes, Loci communes & eiusmodi alia poſſunt admiſceri.

Theſ. Der Mond iſt vielen Veränderungen unterworffen.

ætiol. Bald nimmet er zu, bald iſt er voll, bald nimmt er ab, bald wird er gar nicht geſehen. add. ratio, cur id fiat, &c.

Hypoth. general. Sehen wir uns in der Welt um, ſo finden wir in allen Stücken des Mondes Art. Amplif. per diſtribut. Die Königreiche nehmen zu, ſind in der beſten Blüthe, nehmen ab, und werden gantz und gar vertilget. Exempla ſunt imperia Babylon. Perſarum, Carthagin. Roman. Die Jahrs-Zeiten nehmen zu und ab ꝛc. L. C. Alles was in der Welt auf dem Erd-Creiß gefunden wird, beſtehet im Wechſel.

Hypoth. ſpecial. Abſonderlich finden wir an dem Menſchen die Arth des Mondes, der in ſeinen Thun bald zu, bald abnimmt: id quod oſtenditur & probatur.

Hyp. ſpecialiſſ. N. N. hat durch ſein exempel be-

bewieſen, daß er dem Monden gleiche; prob. per partes.

1. qua laudem. Theſ. Der Mond nimmet zu und wächſet.

Hypoth. So nahm auch der Verſtorbene zu an Gelehrſamkeit, an Tugenden, an Ehren, an Glücke: hoc probatur ex vitæ curriculo.

2. qua luctum. Theſ. Wenn der Mond voll geweſen, ſo nimmt er ab, biß er gar nicht mehr geſehen wird, und finſtere Nächte verurſachet.

Hypoth. N. iſt durch Kranckheiten erſt geſchwächet, und endlich durch den Tod gar entriſſen worden, und hat betrübte Finſterniß hinterlaſſen. Es betrüben ſich die Anverwandte, die Kirche, Stadt, Arme, ꝛc. quod e vitæ rationibus probatur.

3. qua ſolatium. Theſ. Wenn der Mond unſern Horizont nicht beleuchtet, ſo iſt er hingegen voll in der neuen Welt: quod probatur.

Hypoth. Ob gleich der Tod N. N. uns entriſſen, ſo iſt er doch in viel gröſſerer Klarheit im Himmel: quod prob. ex pie transacta vita, beataque vitæ clauſula. His additur

4. Gratiarum actio: Denen Betrübten iſt durch die anſehnliche Gegenwart ein angenehmes Licht in ihrer Finſterniß aufgegangen. Sie wünſchen, daß GOtt ſie allerſeits dem zunehmenden Mond wolle laſſen gleich ſeyn.

§. 15. Vſus Chriæ per Theſin & Hypotheſin longe ampliſſimus eſt. Nam Exordia orationum, parentationes, gratulationes, proluſiones ſeu præfationes diſputationum ac prælectionum, inaugurationes aliique ciuiles ſermones commode per Chriam a Theſi ad Hypotheſin formantur.

1. Exord. ſeu Theſ. de Dei prouidentia circa Eccleſiam.

Propoſ. ſeu Hypotheſis de Dei prouidentia ſingulari circa reformationem D. Lutheri

2. Parent. Theſis das im Hafen zerſcheiterte Schiff. Hypotheſis appl. auf einen, der nach glůcklich zurůcke gelegten Reiſen geſtorben.

3. Proluſ. Theſ. Magnum Dei munus eſt philoſophia. Hypoth. Agam de præſtantiſſima eius parte, philoſophia morali.

4. Inaug. Theſ. docendi munus refertur inter tria illa, quæ difficilima habentur, nim. imperare, parere, docere.

Hypot. Titius docendi munere debet fungi in poſterum, nec leue alie quid imponi ſibi intelliget.

# CAPVT SEPTIMVM
# DE
# ARBITRARIA SEV LIBERA CHRIA.

## §. 1.

CHria *libera* ſeu *arbitraria* eſt, quæ libere & pro arbitrio amplificationes deligit, varieque miſcet. Dicitur etiam *erudita*, quia maior doctrinæ apparatus ad eam afferendus eſt.

§. 2. Varias hæc ſortita appellationes eſt, cum vel *artificioſa*, vel *dialectica*, vel *rhetorica*, vel *figurata* appellatur.

§. 3. Quod ſi repetantur, quæ ſuperius Cap. III. §. 19. & ſeqq. de amplificatione exquiſitiori dicta ſunt, pauca remanebunt, hic nobis tradenda; ordine tamen de ſingulis breuiſſime agemus.

§. 4. Artificioſa chria ſpeciatim dicitur, quæ amplificationes per Paraphraſin, per Meditationem, per Locum Communem, per Conſectaria, per Argutias, per Inſinuationem adhibet, & conuenienter miſcet. Singulæ explicatæ iam fuerunt c. III. §. 24. ſ. Exemplum hic aliquod addemus.

Prot. *Græcorum prouerbium eſt* : ἁμαρτάνει καὶ

σοφȣ̃ σοφώτερος, peccat & ſapiente ſapientior.

Paraphr. Gram. *Senſus eſt, quod & ſapientiſſimi errent ac peccent aliquando.*

Paraphr. Logica ſeu ætiol. *Solius Dei eſt non falli, & errare;* rat. rat. *Etenim ipſa eſt ſapientia; hominum vero imperfecta eſt.*

Amplif. ab exempl. *Salomo, regum ſapientiſſimus, grauiter deliquit, & Socrates, inter Græcos ſapientiſſimus, a peccato non immunis fuit.*

Med. *Græci ſapientiam ſibi ſoli vindicabant, & reliquos omnes pro barbaris habebant.*

Conſectar. Didaſc. *Errare humanum eſt.*

Elencht. *Multum fallunt, qui adeo ſibi ſuffeni ſunt, vt errare ſe non poſſe exiſtiment.*

Pædeut. *Ergo ſtudeamus ſapientiæ, vt eam magis magisque augeamus.*

Epanorth. *Male agunt, qui negligunt ſapientiæ ſtudium, vt ignorantiam & errores magis exuant.*

Conſol. *Si graue ſit, quod labi contingat & errare; cogitandum, quod ſocios habeat homines vniuerſos.*

§ 5. Præter paraphraſin triplicem, Grammaticam, Hiſtoricam & Logicam nonnulli addunt *Philologicam* atque *Theologicam.* Philologica vocatur, *cum dictum aliquod, maxime ſacrum, ex lingua fontibus declaratur;* Theologica, *cum ex Theologia ſeu fidei analogia explicatur.*

Illa

Illa ad *Grammaticam*, hæc ac *Logicam* referri poteſt.

1. Prot. Præclare Euripides: θνητῶν θνητὸς ὄλβος, *mortalium mortalis fortuna.*

Paraph. Gram. ſeu Philol. *Significat, homines humanis caſibus eſſe obnoxios, eorumque felicitatem, quam vox ὄλβος innuit, non perpetuam, atque durabilem, ſed variam, ancipitem & inconſtantem eſſe.*

2. Prot. Der Seegen des HErrn machet reich ohne Mühe, Prov. 10, 22.

Paraphr. Gram. ſeu Philol. Nach der Sprache des Heil. Geiſtes heiſſet es: Der Seegen des HErrn, derſelbige machet reich, und bey demſelben thut er (der HErr) keine ſorgfältige und beſchwerliche Mühe. V. Geierus h. l..

Paraphr. Theol. Salomo wil anzeigen, daß durch den Seegen GOttes Reichthum und Vermögen erlanget werde, nicht eben ohne alle Mühe, als dürffte man die Hände im Schoß legen, und gar nicht arbeiten, ſondern ohne viele ſorgfältige und beſchwerliche Mühe, wie etwan David ſagt: es iſt umſonſt, daß ihr früh aufſtehet, und hernach lange ſitzet, und eſſet euer Brod mit Sorgen, denn ſeinen Freunden gibt ers ſchlafend, Pſ. 127, 3.

Conſectar. ſeu Vſus Didaſc. Ein Chriſt kan demnach mit guten Gewiſſen Reichthum beſitzen.

ſitzen. ætiol. ex dicto: Denn er iſt ein Geſchenck GOttes.

Elencht. So irren demnach die Wiedertäuffer, die da alle Güter wollen gemein haben.

Pædeut. Es ſoll bey uns heiſſen: ora & labora, man ſoll beten um den Seegen GOTTES zu erlangen, dabey aber auch ſeine Berufs-Arbeit nicht unterlaſſen.

Epanorth. Die nur faulentzen wollen, können ſich des Seegens GOTTes nicht verſprechen.

Conſol. Geſchicht es aber, daß man bey ſeinen beten und Arbeiten zu kein Vermögen gelangen kan; ſo hat GOTT ſeine geheime Urſachen, weil er vielleicht ſiehet, daß es ſchädlich ſeyn würde.

§. 6. Paraphraſi philologicæ atque Theologicæ inſeruit *analyſis* Grammatica & Rhetorica. *Grammatica* exquirit verborum Caſus, Tempora, Modos, & minimas etiam particulas, cum ab his ſæpe verus ſenſus, vel ſaltem vis & emphaſis, pendeat: *Rhetorica* Tropos & Figuras perquirit.

§. 7. Sit exemplum ex Gal. IV. 4. 5. cuius analyſis Grammatica ſequens eſſe poſſit: Particula δὲ hic non prætereunda; nam opponitur ſtatui hominum priſtino ſub V. T. vbi ſerui erant, ſub lege concluſi, nunc autem per Chriſtum liberi.

πλή-

πλήρωμα τοῦ χρόνου ſignificat *complementum temporis*, *tempus adimpletum*, *quod deſtinauit Deus*. ἐξαπέστειλεν *miſit*. Præpoſitio ἐκ vim addit verbo: er ſandte aus dem Himmel, aus dem Schoß des Vaters, Ioh. 1, 18.

γενόμενον ἐκ γυναικός; ſignificat *natum*, *factum ex muliere*. Præpoſ. ἐκ oſtendit, quod ex ſubſtantia mulieris carnem aſſumſerit; γυνή h. l. non *maritam*, ſed *feminam* in genere, vel etiam *virginem* ſignificat, quomodo ſæpe apud profanos adhibetur.

Dicitur γενόμενος ὑπὸ νόμον, *factus ſub lege*, vbi non ſine cauſa graui verbum repetitur. Indicatur enim, quod non ſit natus ſub lege; (neque enim natus eſt per benedictionem illam Adamo factam, Gen. I, 28. ſed per promiſſionem, ex ſola muliere, Gen. III, 15. Luc. I, 31.) verum quod, cum iam natus eſſet, *factus ſit ſub lege*; ſponte enim ſe exinaniuit legique ſubiecit, vt nos a lege liberaret, Rom. VIII, 3. ἵνα particula cauſalis eſt, & finem ſignificat, cur Chriſtus legi ſit obnoxius factus.

τοὺς ὑπὸ νόμον ſc. ὄντας, *qui ſub lege erant*, i. e. omnes homines ex Adamo natos.

ἐξαγοράσῃ, *redimeret*, ſcil. ſoluto pretio; Chriſtus vero non auro vel argento, ſed pretioſo ſuo, vtpote Dei ſanguine, emercatus nos eſt a lege, 1. Petr. I, 18. 19. Act. XX, 28.

ἵνα nouum hic finem ſignificat, ſcil. Ius filiationis, ado-

adoptionem in filios Dei. Rhetorica analyſis duo hic inuenit verba obſeruanda, nim. ἐξαγοράσῃ; ſignificat enim ſoluto pretio aliquid emere, vel ſi præpoſ. ἐκ habenda ratio, *ex ſeruitute aliquem redimere* ſoluto redemtionis pretio; ita enim Chriſtus a ſeruitute legis nos in libertatem aſſeruit effuſo ſanguine ſuo. Alterum eſt υἱοθεσία *ius filiationis*, cum quis alterum in filium cooptat, eoque in nomen & hæreditatem: ſic per Chriſtum in Dei filios & coeleſtem hæreditatem cooptamur. Rom. VIII, 17. Quæ ſi obſeruata fuerint, non difficilis Paraphraſis erit.

§. 8. Quæ vero deligendæ ſint amplificationes, quæ paraphraſes locum habeant, quæ meditationes, quæ conſectaria commode eruantur, vbi inſinuatio quædam admiſcenda ſit, ea res tota a iudicio oratoris, meditandi tempore materiæque copia dependet.

§. 9. Chria Dialectica appellatur, *cum ætiologia & amplificationes ex Locis Topicis ſeu dialecticis deſumuntur.* Satis hæc poteſt intelligi ex iis, quæ ſupra iam dicta ſunt c. I. §. 35. III. §. 10. 20. ſeq. Exempla hic tantum addemus.

1. Protaſ. ***Vir prudens multum prodeſt reipublicæ.***

Ætiol. ***nam pace & bello rebus dubiis bene recteque conſulit.***

Amplif. 1. Ex L. Notat. ***Prudens dicitur a prouidendo, quod res, priusquam eueniunt, prouideat, & bene ſapienterque moderetur.***

2. ex L. Definit. ***Nec vero prudentia aliud eſt, quam***

ma-

*magiſtra actionum humanarum, quæ ex præteritis iudicat de inſtantibus, & de futuris callidiſſime coniicit.*

3. ex L. C effic. *Et profecto cœli munus reputari debet, ſi in republ. viri prudentes reperiantur.*

4. ex L. Materiæ circa quam, ſeu Obiecto: *Siue enim belli, ſiue pacis occurrant negotia, quæ dubia & perplexa ſunt, facile vir prudens viam & rationem inuenit, qua licet incedere.*

5. ex L. Formæ. *Hoc namque agit, vt ſedulo accurateque circumſpiciat occaſiones, principia cauſasque actionum humanarum, & cuncta ſolicite expendat, atque hinc conſilia rebus accommodet, & quæ deprauata ſunt, emendet.*

6. ex L. Finis. *Vbique vero vir prudens Dei honorem propoſitum habet, patriæque ſalutem omnibus rebus anteponit, & eius felicitatem omnibus, quibus poteſt, modis propugnat ac promouet.*

7. Ex L. Effectorum. *Hinc videas rempubl. quæ viris prudentibus abundat, pacatam, ſecuram & florentem eſſe, & ſi qua vis externa bellumque immineat, prudenter id auerti, aut fortiter repelli, remque publicam ſeruari.*

8. ex L. Adiunctor. *Et qui poſſint aliter? cum Deum ac religionem in conſiliis habeant, ad res agendas fidem, conſtantiamque & vigilantiam adferant, nec ira vel odio a recto ſe dimoueri patiantur.*

9. ex

9. ex L. Spec. *Idque faciunt omnes, ſiue ad moderandum conſtituti ſint ſtatum publicum, ſiue belli curam habeant, ſiue ærario ſint præfecti, ſiue leges & iudicia curent.*

10. ex L. Contrar. *Contra ea ſi deſtituta ſit resp. ab eiusmodi viris, male res eius procedent, & nec pace, nec bello, nec domi, nec foris, feliciter quicquam peragetur.*

11. ex L. Compar. *Non ſecus ac ſi navis deſtituta ſit prudenti nauclero, quæ facile in vada defertur, aut ſcopulis alliditur, dum alia prouido gaudens gubernatore ſecundo curſu in portum defertur.*

12. ex L. Teſtimon. *Atque hoc ipſum eſt, quod Plato innuit, cum felices ait eſſe respubl. ſi principes aut ſint philoſophi, aut philoſophi Principes.*

Concluſio. *Mature igitur iuuenes bonis imbui debent præceptis, vt prudentiam ſibi comparent, patriæque poſſint inſeruire aliquando.*

2. Protaſ. Herodes der groſſe war ein grauſamer Tyrann.

Ætiol. Er ließ die unſchuldigen Kinder zu Bethlehem hinrichten.

Amplif. 1. ex L. Finis: Er gedachte den neugebohrnen König, von dem er gehöret hatte, den Heyland aller Welt, aus dem Wege zu räumen.

2. ex L. Cauſ. effic. Der Hochmuth, Argwohn, Grau-

Grauſamkeit, und mit einen Wort die verkehrte Politic hatte ihm dieſen Streich an die Hand gegeben.

3. ex L. Subiect. Er war zwar der Jüdiſchen religion zugethan, und wohnte zu Jeruſalem, da GOtt ſein Feuer und Heerd hatte; aber dieſes alles war zu wenig ihn abzuhalten, daß er nicht ſeinen affecten und Grauſamkeiten hätte den Lauf gelaſſen.

4. ex. L. Effect. Was hat er aber wohl vor Nutzen davon getragen? keinen andern, als einen Fluch von ſeinen Unterthanen, einen böſen Nahmen bey der Nach-Welt, und ein böſes Gewiſſen, daß ihm die Straffe vor Augen geſtellet, wie ſie denn auch erfolget iſt.

§. 8. Chria *Rhetorica* dicitur, *cum Thema ſeu Protaſis ex Locis Rhetoricis vel omnibus, vel quibusdam, qui maxime conueniunt, probatur & amplificatur.*

§. 9. Locum habet hæc Chria, cum aliquid laudamus aut vituperamus, bonum vel malum aliquid eſſe, eoque vel faciendum vel omittendum demonſtramus.

§. 10. Sunt autem Loci ſeu argumenta Rhetorica quinque, (1) *Honeſtum* & *Turpe*: (2) *Vtile* & *Damnoſum*: (3) *Iucundum* & *moleſtum*: (4) *Facile* & *Difficile*: (5) *Neceſſarium* & *non neceſſarium* ſeu *abſurdum*; quæ & ex ipſis verbis facile intelliguntur, & ſupra iam c. III. §. 7. ſeqq. p. 31. expoſita fuerunt.

§. 11.

§. 11. Poſſunt hæc argumenta Rhetorica in Chria non vno applicari modo. Vel enim (1) Loci ſinguli vnius ordinis ſingulas præbent ætiologias & amplificationes ad protaſis tractationem: vel (2) Loci oppoſiti miſcentur: vel (3) Locus aliquis fuſius per partes ſubiectas tractatur: vel (4) Locus quilibet, qui adhibetur, vt Chria per ætiologiam & amplificationem fuſius tractatur.

§. 12. Primo quidem Loci ſinguli vnius ordinis ſingulas ætiologias præbent, ſi ordine confirmatur Protaſis ab Honeſto, Vtili, Iucundo, Facili, Neceſſario; vel ex oppoſitis, a Turpi, Damnoſo, Moleſto, Difficili, Superuacuo vel Abſurdo. Priora inprimis locum habent, ſi quid laudabile ſit & faciendum; poſteriora, ſi quid malum & fugiendum.

Prot. *Honeſtæ & liberali conuerſationi ſtude.*

Ætiol ſeu argum. 1. ab honeſto. *Homo per naturam factus eſt ad ſocietatem.*

2. ab vtili: *Semper abibis vel doctior, vel melior.*

3. a iucundo: *Summa hominis voluptas eſt in aliorum verſari conſuetudine.*

4. a facili: *Semper erunt, quibus te adiungere poſſis.*

5. a neceſſario. *In mundo qui eſt, & hominis vult agere partes, cum aliis verſari debet.*

Concl. *Ergo doctam & honeſtam cum bonis conſuetudinem iungamus.*

Protaſ. Der nur immer pralet, iſt tadelns werth.

Argum.

Argum. 1. a turpi. Denn er redet offt mehr wider die Wahrheit, als an ihm befindlich iſt.

2. a damnoſo. Er hat nichts anders zu gewarten, als daß er von klugen Leuten, die es hören, verlachet wird.

3. a moleſto. Andere Leuthe hören mit Verdruß zu, wenn einer immer groß ſpricht, und ſehens gern, wenn er zu reden aufhöret.

4. a difficili. Er muß mit Mühe drauf bedacht ſeyn, daß er ſich nicht verrathe und wiederſpreche.

5. a ſuperuacuo. Man kan des vielen rühmens wohl überhoben ſeyn, und der Worte ſparen.

§. 13. Secundus modus eſt, cum argumenta oppoſita miſcentur, & poſt vnum alterumque argumentum rei proprium, ad magis conuincendum auditores, argumentum a contrario additur. V. g. ſi commendata res ſit, quod honeſta ſeu glorioſa, vtilis, & facilis ſit, & argumentum addatur a contrario, quod, contra ſi fiat, turpe ſit & damnum pariat: & ſi dictum ſit, quod turpe ſit aliquid & damnoſum, afferatur, quod contrarium & honeſtum & vtile ſit.

Prot. *Legendæ ſunt nouellæ.*

Argum. 1. a glorioſo. *Laudi eſt ſcire, quid in orbe vaſſim geratur rei.*

2. a iucundo. *Voluptatem affert res varias cognoſcere, quid in vicinis remotiſſimisque locis, quid in republ. in Eccleſia fiat.*



3. ab

3. ab vtili. *Orator, Politicus, Theologus ea cognoſcit, quæ ſibi ſunt vſui.*

4. a facili. *Non magno res ſumptu conſtat.*

5. ab indecoro, ſi non fiat. *Si quis in honeſtorum hominum ſocietate verſetur, & neſciat, quid in orbe geratur rei, & dum alii loquuntur, tacet, & quaſi in mundo peregrinus eſt, ignominiam refert,*

Concl. *Ergo legamus nouellas.*

Prot. Tadele nicht andere.

Argum. 1. a turpi. Man verſiehet es offt ſelbſt in dem Stück, worin man andere tadelt.

2. a damnoſo. Man ladet damit nur anderer Feindſchafft auf ſich, und ſchadet ihm ſelber.

3. a moleſto. Andere Leute hören es nicht gern, wenn man nur andere durchziehet.

4. ab vtili contrario. Wer, was geſchiehet, zum beſten ausleget, der wird dadurch anderer Leute Gunſt erlangen.

Concluſ. Derowegen ſoll man nicht tadelſüchtig ſeyn.

§. 14. Tertius modus eſt, cum vnus aliquis alterque Locus fuſius tractatur, & ex partibus ſubiectis multiplicantur argumenta. Sic Honeſtum ſub ſe habet pium, iuſtum, decorum, glorioſum; Turpe impium, iniuſtum, indecorum, ignominioſum: Facile, quod fieri poteſt breui tempore, non multo labore, non magnis impenſis, & ſic in ceteris. V. c. III. §. 8. p. 32.

Prot. ***Quisque ſtudeat bonam habere conſcientiam.***

Argu-

Argumenta ex L. Honeſti 1. a pio. *Hæc enim Dei voluntas, hoc mandatum eſt, vt recte facientes bonam habeamus conſcientiam.*

2. a iuſto. *Cuiusque officium eſt, vt pie, ſobrie iuſteque viuat.*

3. a decoro. *Qui bonam habet conſcientiam, intrepide in quacunque verſari poteſt ſocietate, nulla palleſcit culpa, nullis criminibus obiectis.*

4. a glorioſo. *Falſis ſi petatur iudiciis & obtrectationibus, abſoluitur tamen a conſcientia, & non ſine ſui laude ab aliis quoque innocens declaratur.*

Concluſ. *Ergo recte faciamus, vt bonam habeamus conſcientiam.*

Protaſ. Hänge der Traurigkeit nicht zu viel nach.

Argumenta a) ex L. Turpis 1. ab impio. Du verſündigeſt dich an GOTT, der dir den Zufall zugeſchicket, und deine Gedult prüfen will.

2. ab iniuſto: Die Sache iſt lange von der Wichtigkeit nicht, daß du dich ſo ſehr darüber betrüben wolteſt.

3. ab indecoro. Die klugen Heyden erfodern von einen weiſen Manne, daß er in Glück und Unglück ſolle beſtändig ſeyn, und du wolteſt in dieſem Stücke nicht folgen.

4. ab ignominioſo. Es wird dir keine Ehre bringen, wenn du dich nicht in dieſem Fall be-

greiffen wolteſt, da andere viel ſchwerer Unfall betroffen.

b. ex L. Moleſti, & 1.) quidem animo. Du friſt dir nur ſelber das Hertz ab, biſt ſtets voller Unruhe, und haſt keine rechte Gemüths-Vergnügung.

2. Corpori. Du bringſt dich ſelbſt um deine Geſundheit, indem durch nichts mehr, als durch Traurigkeit, dieſelbe geſchwächet wird.

§. 15. Quartus modus eſt, cum argumentum, quod v. g. deſumitur ab honeſto, vel vtili, vel iucundo, vel turpi, damnoſo, &c. vt Chria per ætiologiam & amplificationem tractatur.

Prot. Es iſt nicht unbillig, daß den Verſtorbenen Lob-Reden gehalten werden.

Argumentum I. ab honeſto: Denn Tugenden und löbliche Thaten verdienen gelobet zu werden. ætiol. Die vornehmſte Belohnung der Tugend iſt, daß ſie von andern geprieſen wird.

Amplif. 1. a C. Fin. Eben darum bemühen ſich die Menſchen, daß ſie dem gemeinen Weſen nützliche Dienſte leiſten, damit ſie von andern gemeinen Beyfall ihrer Verrichtungen erlangen, und auch nach dem Tode nicht in Vergeſſenheit gerathen.

2. ex L. Teſtim. Cicero pro Arch. c. 11. *Nullam virtus aliam mercedem laborum periculorumque deſiderat, præter hanc laudis & gloriæ, qua quidem detracta, quid eſt, quod in hoc tam exiguo*

*vitæ*

*vitæ curriculo & tam breui tantis nos in laboribus exerceamus.*

Argum. II. ab vtili. Andere werden dadurch aufgemuntert, daß ſie ſich in der Tugend üben, und was löbliches auszurichten ſich bemühen.

ætiol. Das Gemüth des Menſchen iſt ſo beſchaffen, daß es gerne nachthut, was es an andern ſiehet.

Amplif. ex L. C. Exempel vermögen viel zur guten und böſen Nachfolge.

2. ex L. Teſtim. Peſcennius Niger, da ihm einer eine Lob-Rede überreichete, ſagte: *ſcribe laudes Marii, vel Hannibalis, vel alicuius ducis optimi, & dic, quid ille fecerit, vt eum nos imitemur.*

3. ab exempl. Die klugen Römer hielten ihren Verſtorbenen Lob-Reden, von welchen es auch die alten Chriſten entlehnet, und auf uns gebracht haben.

§. 16. Illud autem Oratoris eſt prudenter diiudicare, quænam argumenta potiſſimum vrgenda ſint, id quod partim materiæ conditio, partim Auditorum affectus ſuggerent. Nam in alia materia argumentum ab honeſto, in alia ab vtili, in alia a facili præualet; & Auditores ſi fuerint laudis gloriæque cupidi, argumenta ab honeſto, decoro & glorioſo; ſi habendi auidi & opum teneantur cupiditate, argumenta ab vtili & damno contrarii: ſi pertinaces & duriores ad faciendum aliquid vel omittendum, argumenta a neceſſario & damnoſo præualebunt.

§. 17. Chria *Figurata*, quæ & *Schematica*, *&* *Allegorica* dicitur, eſt, cum *inuoluitur metaphoræ ſeu allegoriæ, ita vt ætiologiæ & amplificationes in eadem metaphora perſiſtant.* Locum hæc inprimis habet in Chria per Theſin ad Hypotheſin, cui inſeruit Weidlingi Emblematiſcher Redner.

§. 18. Vt Chria hæc recte ſe habeat, primo rei, vnde Metaphora vel allegoria deſumitur, proprietates ſunt perquirendæ, in certas partes digerendæ, & amplificandæ; deinde ad rem propoſitam ſeu thema conuenienter apteque applicandæ ſunt. Illud modo obſeruetur, vt ne minima quæque deligantur, & in applicatione allegoria retineatur, ne diuerſa themata videantur. Vid. C. VI. §. 10.

1. Cum arte palæſtrica Græcorum res ſtudiorum comparari poteſt, vbi Theſis per certa membra eius inſtituta exponet. Nimirum

1. *Athletæ Græcorum, qui corpus exercebant, a palæſtritis primum ſolicite inſtituebantur.*

2. *Exercebantur ad calathum ſeu palum.*

3. *Temperanter viuebant, vigilabant, æſtum ſolis ferebant.*

4. *Poſt athleticos labores & exercitationes probabantur.*

5. *In publicum certamen prodibant.*

6. *Victores coronabantur.* Partes hæ in Hypotheſi ſeu applicatione facile ad literarum ſtudioſos applicantur. Nam

1. *Et*

I. *Et hi inſtitui debent a magiſtris. 2 frequenter ſunt exercendi: 3. opus eſt ſtudio, labore, vigiliis, atque temperata vitæ ratione. 4. explorantur & probantur in luſtratione ſolenni 5. Publice profectum doctrinæ probant. 6. ornantur honoribus ac dignitate.*

II. Vitæ hominum curſus comparatur cum navigatione, vbi Hypotheſis ſeu applicatio cuilibet membro ſubiungitur:

1. So bald das Schiff in die See geſtochen, iſt es vieler Gefahr unterworffen. Hypoth. ſeu applic. Kaum iſt der Menſch gebohren, ſo ſiehet er viele gefährliche Zufälle vor ſich.

2. Manche Schiffarth wird glücklich fortgeſetzet, manche muß viel Sturm ausſtehen, und wird das Schiff von den Meereswellen umgetrieben, manches leidet gar Schifbruch.

Hypth. ſeu applic. Im menſchlichen Leben vollendet mancher glücklich ſeinen Lauf; mancher hat viel Unglück und Widriges auszuſtehen; mancher wird mit Gewalt daraus gleichſam abgeriſſen.

3. Soll die Schiffarth glücklich vollendet werden, ſo muß das Schiff einen guten Steuermann haben, wohl beſegelt, und mit einem guten Ancker verſehen ſeyn; Hypotheſ. Soll des Menſchen Lebens-Wandel glücklich ſeyn, ſo muß das Gemüth, als deſſen Steuermann, mit nützlichen Wiſſenſchafften, Klugheit und Tugend ausgeübet ſeyn; er muß mit wahren Glauben, als mit vollen Segeln auf Chriſto gehen, und bey widrigen Verhängniß auf dem Ancker der Gedult gegründet ſeyn.

4. Das Schiff nimmt Waaren ein und verhandelt ſie. Hypotheſ. Der Menſch muß etwas tüchtiges lernen, damit er andren dienen könne, und ihm ſelbſt das Leben beheglich mache.

5. Das Schiff laufft entweder im Hafen ein, oder verunglücket. Hypoth. Der Menſch iſt entweder in ſeinen letzten Abdruck unglücklich, und leidet gleichſam im Hafen Schifbruch, oder läuft glücklich in den Hafen des himmliſchen Vaterlandes ein. His additur Hypotheſis ſpecialiſſima, & applicatio ad certam perſonam.

§. 19. Chria *Figurata* etiam ſubinde vocatur, quando ætiologiæ, & amplificationes per Schemata & Figuras Rhetoricas proponuntur. Nihil hæc a ſuperioribus diuerſum ac ſingulare habet, niſi quod maiorem elocutionis ornatum, Tropos videlicet, Schemata atque Figuras afferat.

§. 20. Sunt autem Schemata atque Figuræ præcipuæ Interrogatio, Communicatio, Addubitatio, Occupatio, Conceſſio, Præteritio, Antitheſis, Exclamatio, Gradatio, Apoſtrophe, Hypotheſis, Reticentia, Ethopoeia, Proſopopoeia, &c.

Prot. *Fugit irreparabile tempus.*

ætiol. *Nam citiſſime, nec aduertentibus nobis effluit.*

Amplif: 1. ex L. part. *Adoleſcentia post pueritiam, & poſt virilem ætatem ſenectus inſtat, cum de ea non cogitant homines.*

2. ab Adi. *Quod elapſum eſt tempus, non poteſt reuocari.*

3. a ſimili. *Vt in fluuio aqua tranſit, nec redit; ita etiam tempus præteruolat.*

4. a Teſtimonio. *Virgilius canit*: fugit irreparabile tempus.

Concluſ. *Igitur recte vtamur tempore.*

## Chria figurata.

*Quod ſi temporis naturam expendimus ac conditionem, fluxum & fugax id cognoſcimus adeo, vt velociſſimo rapidiſſimoque curſu eius ſpatia decurrant. Dicite mihi, quæſo vos, auditores, annon citiſſime vobis etiam non aduertentibus, effluat tempus, & cum multas ante reſtare exiſtimaretis horas, iam transuolaſſe intelligatis? Sed quid horas dico? pueritiam adoleſcentia, adoleſcentiam iuuentus, iuuentutem ætas virilis excipit, & cum multa ſibi proponunt peragenda homines, longasque ſpes inchoant, ſenectus iam inſtat, de qua vix dum cogitarant. Et quis neſcit, quam ſit irreparabilis fuga temporis, nec poſſit reuocari, quod ſemel eſt præterlapſum, quodque fruſtra ingeminetur illud Priami: O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos? Concedam, fluuios in mare deferri, & ex eo etiam oriri; at aqua tamen, quæ ſemel tranſiit, non redit iterum: ſic annos in circulum redire videas, non tamen eosdem, qui præterierunt. Adeſto, princeps Poetarum Maro, expone, quæſo, annon idem de tempore ſentias? ſed audio te conuenienter nobis canere:* fugit irreparabile tempus. *Igitur, o mei, recte vtamini tempore, nec inutiliter vobis patiamini effluere.*

§. 21. Illud obſeruandum hic eſt, quod genus hoc Chriarum materiam requirat ſublimiorem. Cum enim Figuræ iſtæ ſtilum grandem atque magnificum efficiant, affectusque excitent, humili ac tenui materiæ minus conueniunt: in re namque tenui verbis luxuriare multumque exclamare, parum eſt conueniens. Mediocris materia ſi fuerit, mediocres applicandæ ſunt Figuræ.

## *CAPVT OCTAVUM.*

## DE CHRIA ACCESSORIA.

§. 1.

CHria *acceſſoria* eſt, *cum pars aliqua Chriæ principalis, vt noua Chria, per ætiologiam & amplificationem, vel ſolam amplificationem, pertractatur.*

§. 2. Etſi vero pars quælibet, ſiue ætiologia, ſiue amplificatio fuerit, hoc modo, vt Chria practica, pertractari poſſit; inprimis tamen Contrarium, Meditatio, Locus Communis & Conſectarium velut noua & acceſſoria Chria ſubinde pertractatur.

§. 3. Contrarium vel nude, vel per modum obiectionis tractatur. Si priori, vt Chria acceſſoria ſimplex; ſin poſteriori, vt gemina Chria acceſſoria tractatur: vnam enim obiectio cum rationibus ſuis, alteram vero reſponſio cum rationibus ſuis conſtituit.

1. Prot,

1. Prot. *Optimus theſaurus eſt bona conſcientiæ.*
ætiol. *Nam nulla palleſcit culpa, & aduerſus calumnias nos erigit atque tranquillat.*

Contrar. per Chr. acceſſ. *E contrario mala conſcientia nihil eſt deterius.*

ætiol. *Nam perpetuo hominem mordet, pungit ac cruciat.*

Amplif. 1. a Compar. *Eſt interior teſtis, iudex incorruptus, & diriſſimus carnifex.*

2. ab exempl. *Tiberius Imp. ad ſenatum ſcribebat, furiis ſeſe exagitari.*

2. Prot. *Summi viri eloquentiæ ſtudium magni fecerunt.*

ætiol. *Nam ſine copia dicendi non recte funguntur muneribus, qui præſunt in republ.* Rationis rat. per Chr. acceſſ. *Vtitur facultate dicendi declamator vel magiſter in ſcholis, concionator in templo, politicus in Senatu, in foro, in aula, in legationibus, Dux in bello, & quisque fere in communi vita.*

Amplif. 1. ab exempl. *Demoſthenes, Cicero & alii in republica verſati, inprimis excoluerunt eloquentiam: Scipio, Jul. Cæſar, aliique belli Duces ornate dixerunt apud exercitum: Chryſoſtomus, Ambroſius &c. diſertiſſimi eccleſiæ doctores fuerunt.*

2. ab effectu. *Plus ſæpe efficit eloquentia, quam vires & conſilium, & facilius obtinet, quod intendit, ab auditoribus.*

3. a teſtim. Cicero ait: *Ea vis eſt eloquentiæ, vt inclinatum erigere, ſtantem inclinare, aduerſantem & repugnantem capere, animos hominum in quacunque partem vertere poſſit.*

4. a compar. *Pericles ita pingebatur olim, vt ex ore eius exirent catenulæ, quibus corda hominum conſtringeret.*

5. a Contrar. per obiect. & Chriam acceſſor. geminam: *Sed non omnes viri prudentes ſummisque fungentes muneribus excelluerunt eloquentiæ laude.*

ætiol. *Nam a Deo & prudenti conſilio rerum pendet ſucceſſus.* amplif. ab exempl. *C. Marius, qui durus ad ſtudia fuit, ſummis eſt functus muneribus, & ſepties Conſul fuit, quod ante eum contigit nemini: & recentior quoque ætas exempla ſuppeditat.*

Reſ. 1. *Valuerunt illi ingenio prope diuino, & natura ad dicendum fuerunt procliues.* 2. ad rationem. *Deus adminicula humana non reſpuit.* ætiol. ab exempl. *Moſi adiunxit diſertum Aaronem.* R. 3. ad exempl. *C. Marii oratio, quæ apud Salluſtium in Bell. Iugurth. legitur, ſatis diſerta eſt.* med. *ſi acceſſiſſet ſapientiæ atque eloquentiæ ſtudium, multo fuiſſet clarior futurus.*

Concluſ. per Chr. acceſſ. *Ergo ſtudium eloquentiæ mature tractandum eſt.* ætiol. *nam multam id requirit exercitationem.* ampl. 1. ab exempl. *Cicero ſæpe declamauit, & alios declamando exer-*

*exercuit.* 2. per medit. *ita hodie dicendi facultas excolitur, vt nunquam floruerit magis.* 3. per inſin. *Deus conſeruet bonas artes ad ſalutem & florem reipubl. atque eccleſiæ.*

§. 4. Meditationes, Locus Communis, & Conſectaria non vbique nude proponuntur; verum ſi neceſſe eſt, probantur & amplificantur: & conſectaria quidem ſemper probantur vel ex Protaſi, vel ex ætiologia & amplificatione, totaque tractatione, vnde deducta ſunt; amplificantur vero etiam aliunde, inprimis teſtimoniis atque exemplis.

1. Prot. *Poſt nubila Phœbus.* Paraphr. Gram. *ſenſus eſt, aduerſa lætis permiſceri.* ætiol. *eſt enim perpetua viciſſitudo rerum in mundo.* ampl. 1. per exempl. *nox & dies alternant, æſtas hiemi ſuccedit, poſt tempeſtatem eſt ſerenitas.*

2. per med. & Chr. acceſſ. *Qui in mundo conſtantem atque perpetuam quærunt felicitatem, multum falluntur.* ætiol. *Etenim nusquam hanc deprehendas, niſi apud Deum.* rat. rat. *ille omnis commutationis expers eſt.* Teſtimon. Iac. I, 17. *apud Deum non eſt commutatio lucis ac tenebrarum.*

Conſect. Didaſc. per Chr. acceſſ. *In aduerſis non eſt abiiciendus animus.* ætiol. *nam aduerſis ſuccedere ſolent lætiora.* amplif. ab exempl. *Iobus poſt longam calamitatem lætiora eſt expertus.*

2. Prot. Wer ſeine Begierden und Affecten bezwingen und im Zaum halten kan, der hat es

in

in der Tugend-Schule und Glückſeligkeit weit gebracht.

ætiol. 1. Denn die Affecten, wo ſie die Herrſchafft haben, ſtifften viel böſes. 2. Er giebet zu erkennen, daß die geſunde Vernunfft in ihm die Herrſchafft führe

Amplif. 1. a contrar. per Chr. acceſſ. Wie haben doch die Schüler des Epicuri ſich bereden können, es beſtehe darin die gröſſeſte Glückſeeligkeit, wenn ſie ihren Affecten den Ziegel lieſſen, und ſich in aller Luſt herum weltzeten. ætiol 1. Denn vielmehr werden ſie dadurch den unvernünſtigen Thieren gleich, die nur vor ihren Bauch ſorgen, und ihren Begierden den vollen Lauf laſſen.

2. Sie müſſen aber ihre Luſt endlich bereuen, und den Schaden empfinden. amplif. ab exempl. Was hat wohl Tiberius darvon gehabt, daß er ſeinen Begierden gefolget: nichts anders, als daß er geſtehen müſſen, er würde durch die Furien Tag und Nacht gequält.

3. per Med. Es iſt keine Meynung ſo abſurd, die nicht ſolte ihre Vertheidiger haben. ætiol. Denn es finden ſich immer Gemüther, die das Anſehen haben wollen, daß ſie etwas behaupten können, das von anderer Meynung abgehet. ampl. ab exempl. per remot. Es würde viel Zeit erfodert, wenn dieſes durch Exempel ſolte bewieſen werden.

4. per Conſect. pæd. Derowegen ob man wohl mit

mit den Stoicis die Affecten nicht gantz und gar kan ausrotten, ſoll man doch ſich dahin bearbeiten, daß ſie in Zaum gehalten werden, und nicht ausſchweiffen. ætiol. Denn ſolches kan wohl geſchehen, wenn man nur der geſunden Vernunfft Gehör giebet, und die Gelegenheit vermeidet. ampl. a ſim. Es gehet zwar etwas ſchwer her, ein wildes Pferd zu bendigen, dennoch aber kan es durch beſtändigen Fleiß geſchehen. 2. ab exempl. Plato wolte ſeinem Knecht nicht ſchlagen, weil er erzürnet war.

§. 5. Inprimis in Conſectario Elenchtico, cum falſa aliqua doctrina vel ſententia confutatur, opus eſt acceſſoria Chria, eaque gemina. Nam primo falſa affertur ſententia, & vna rationes, quibus ſuffulcitur : deinde vera opponitur ſententia, & ad obiectiones reſpondetur. Poſſunt autem reſponſiones vel omnibus allatis argumentis ſubiungi, vel ſingulis annecti, v. §. 3.

1. Prot. *Logices ſtudium ne negligas.*

ætiol. *Nam monſtrat viam ad ſcientias, & ingenium præparat.*

Conſectar Elencht. per Chr. acceſſ. *Sunt qui Logices ſtudium damnent ac reiiciant, vel inutile prorſus dicant.* rat. 1. *nam aiunt, ſine eius peritia plures euaſiſſe doctos viros.* 2. *parere eam tantum contentiones : & 3 inuentum eſſe gentilium profanorum.* Reſp. *Sed a vero illi multum recedunt; nec rationes eorum tanti ſunt ponderis, vt a ſententia nos dimoueant. Nam*

*primo*

*primo viri illi diuino fuerunt ingenio, quod non omnibus contingit: deinde minori illi ſtudio, & fortaſſe maiorem ſibi paraſſent doctrinæ modum, eius ſi periti fuiſſent. Tandem quoque tertio quod dictum eſt, facile habet reſponſum, quod non omnia ſint reiicienda, quæ ſapienter a gentilibus inuenta ſunt, niſi omnes fere artes velimus reiicere: deinde in Chriſti & Apoſtolorum ſermonibus artis Logicæ rationes poſſunt deprehendi.*

2. Prot. Ein Chriſt muß ihm das Gebeth laſſen recommendiret ſeyn.

ætiol. Denn das Gebeth iſt der Schlüſſel zu der Schatz-Kammer GOttes, woraus alle gute Gaben flieſſen.

Conſectar. Elencht. per chr. acceſſ. Zwar möchte jemand ſagen, das Gebeth wäre eben ſo nöthig nicht.

Obj. 1. Denn GOtt laſſe ſeine Sonne aufgehen über Böſe, und über Frommen. ℞. GOtt will aber auch darum gebethen ſeyn. Amplif. a Comp. Eltern wollen von den Kindern angeſprochen ſeyn.

2. Die vielen Geſchäffte wollen nicht zulaſſen viel Zeit aufs Gebeth zu wenden. ℞. die Zeit, die drauf gewendet wird, iſt nicht verdorben, auch mitten unter den Geſchäfften können andächtige Seufftzer geſchehen.

3. GOTT weiß unſer Anliegen ohne dem ſchon beſſer, als wir es erzehlen können. ℞. Er hat aber auch zu bethen befohlen.

## CAPVT NONVM.

# DE COMPOSITIONE CHRIARVM SEV ORATIONIBVS.

§. I.

ORationes ſunt vel breuiores, vel longiores. Breuiores ſeu *ciuiles*, quæ in vitæ vſu frequentes ac fere quotidie occurrunt, vel vnica abſolui poſſunt Chria, cumprimis ea, quæ fit per Antecedens & Conſequens. Huc pertinent Epiſtolæ, quæ nil aliud ſunt, quam orationes ad abſentes.

§. 2. Longiores orationes, quæ vulgo ſic appellantur, *Scholaſticæ* etiam dictæ, conſtant Chriis inter ſe connexis. Huc & *Parentationes* pertinent.

§. 3. Partes Orationis ſunt quatuor, *Exordium*, *Propoſitio*, *Tractatio*, & *Concluſio*. Ex his præcipuæ atque *neceſſariæ* ſunt *Propoſitio* & *Tractatio*; *liberæ*, & quæ ad complementum faciunt, *Exordium* & *Concluſio*. A Rhetoribus antiquis adduntur *Narratio* & *Confutatio*. Sed Narratio tantummodo locum in argumentis hiſtoricis habet, & fere ad Exordium refertur; Con-

futatio vero in ipſa Tractatione, vt *Amplificatio per obiectionem*, tractatur.

§. 4. Propoſitio eſt *thema Orationis, quod breviter atque perſpicue debet proponi*, v. g. *dicam de Cognitione ſui.* Mein Vortrag wird dieſer ſeyn, daß, wer ſtudiren will, Unterweiſung nöthig habe. Aliquando ſtatim partitio fit in Propoſitione: Muretus P. I. or. 23. *de iucuuditate, vtilitate & præſtantia literarum: de iuſtitiæ origine diuina & vtilitate.* Der Zweg meiner Rede wird dahin gerichtet ſeyn, daß ich vorſtellig mache, wie daß die Rede-Kunſt allen Studirenden anſtändig und nöthig ſey.

§. 5. Exordium *eſt initium orationis, in quo id agitur, vt attentos, dociles atque beneuolos reddamus auditores.* Vbi prudentiæ oratoris eſt diiudicare, num attentos magis, an dociles beneuoloſque optet. Si thema ſit vulgare minuſque curioſum atque iucundum, magis attentos; ſi obſcurum, dociles; ſi minus gratum, beneuolos reddere ſtudebit.

§. 6. *Beneuolos* ſibi auditores reddet, eorum ſi virtutes, doctrinam, humanitatem & beneuolentiam collaudet, ſui vero ingenii vires dicendique copiam extenuet, dicens, quod non oſtentandi ingenii cauſa prodierit ad dicendum, ſed vel officio, vel iuſſu ſuperiorum adductus; ſi de argumento ſe dicturum pollicetur, quod vel iucunditate, vel vtilitate communi ſe commendet: *dociles* efficiet, ſi exponat, quod de re ſublimiori, vel graui, vel obſcura implicataque perſpicue, dilucideque velit dicere:

cere: *attentos* habebit, ſi de rebus magnis, inſolitis, grauiſſimis, lætiſſimis, vtiliſſimis dicere ſe velle profiteatur, & breuitatem promittat, & re ipſa poſtea præſtet. Longitudo enim omnis vt fere tædioſa eſt, ſic contra ea iuſta & argumento conueniens breuitas grata eſt auditori: & quia initio orationis attenti ſunt auditores, non longitudo exordii eam ſufflaminare debet, ſed temperata breuitas eam alere, vt in ipſa Tractatione conſeruetur.

§. 7. Nec vero ſolum in exordio hæc quærenda ſunt, vt attentos, beneuolosque & dociles habeamus auditores, ſed in ipſa etiam Tractatione, vbi magis neceſſe videtur. Nam initio orationis attentior ſemper eſt & erectior, deficit autem fere in ipſo curſu orationis auditor. Quod ſi igitur oratori videtur poſſe deficere attentionem auditoris, conveniens adhibetur modus eam reſuſcitandi: nec minus eſt opus beneuolentia & docilitate, quæ relinquuntur prudentiæ Oratoris, vbi neceſſe iudicat eam quærere, atque opus eſſe inſinuantibus argumentis. Hæc enim propterea commendantur, vt iuſto ea loco adhibeat orator.

§. 8. *Fontes Exordiorum* commode *referuntur* ad duos, nimirum ad *Antecedens* & *Theſin*. Si Exordium eſt *Antecedens*, Propoſitio exhibet *Conſequens*; ſin vero exordium *Theſis* eſt, Propoſitio erit *Hypotheſis*.

§. 9. Antecedens eſt, *cum cauſa*, vel *occaſio exponitur*, *cur de hoc themate ſim dicturus*: Theſis eſt *ſententia aliqua*, vel *Exemplum*, vel *res geſta*, vel *Com-*

*paratum*, vel *aliud quid, quod reſpectum ad propoſitionem habet*, verbo, quod propoſitioni amplificationis loco inſeruire poteſt. Vid. C. V. §. 4. ſ. p. 68. vbi de vtriusque actum eſt inuentione.

Exord. ſeu Anteced. *Nobiliſſima & memorabilis reportata eſt victoria.*

Prop. ſeu Conſeq. *Dicam igitur de victoria hac inſigni, eiusque præſtantiam & vtilitatem exponam.*

Exord. ſeu anteced. Die Chriſtliche Kirche hat dieſe Zeit gewidmet, das Leiden Chriſti zu bebetrachten.

Propoſ. ſeu Conſ. Demnach ſo werde ietzo von nichts anders reden, als von den blutigen Schweiſſe Chriſti.

Exord. ſeu Theſis. *Mos eſt antiquus, celebrare natales magnorum virorum.*

Propoſ. ſeu Hypoth. *Ego iam oratione ſolenni celebrabo natalem Principis.*

Exord. ſeu Theſ. Die alten Chriſten feyreten die Tage, an welchen einige die Märtyrer Crone davon getragen.

Propoſ. ſeu Hypoth. Wie vielmehr haben wir Urſach den Tag feyerlich zu begehen, an welchen Chriſtus unſer Heyland gelitten und geſtorben.

§. 10. Diſponitur Exordium & tractatur vt Chria ordinata per ætiologiam & amplificationes; id

id quod ſupra iam expoſitum fuit, vt neceſſe non ſit idem ſæpius repetere.

§. 11. Tractatio, quæ & *Confirmatio* dicitur, *eſt connexio variarum chriarum.* Quot enim argumenta ſeu ætiologiæ ſunt, quibus Propoſitio probatur, tot fiunt nouæ Protaſes ac Chriæ, quæ vt Chriæ Oratoriæ tractantur: quibus acceſſoriæ ſuis locis miſcentur.

§. 12. Concluſio vel *repetit orationis argumenta, & Auditoribus ſummatim proponit*, & *thema commendat*, vel *alio modo inſinuat*, ita vt ſtimulum Auditoribus relinquat.

## *SIT EXEMPLVM ORATIONIS* DE HISTORIA LITERARIA.

Exord. a Theſ. Prot. *Ingens Dei munus eſt diſciplinarum orbis & ambitus.* ætiol. *Facit enim ad cultum & ingenii, & vitæ humanæ, huiusque felicitatem.*

Amplific. ex L. Partium per diſtribut. *Philoſophia, quæ in contemplatione rerum occupatur, vera mentem implet cognitione: Moralis virtutes edocet, & viam felicitatis commonſtrat: Dicendi facultas varia vitæ ciuilis munia obit: ars medica corpori ſanitatem reddit: hominesque ſeruat: Iuris ſcientia ſuum cuique tribuit: Theologia æternæ ſalutis viam oſtendit.*

2. a Contrar. *Sine his ſi fuerit, vita humana inculta*

*& barbara erit.* 3. ab exempl. *Exemplo ſunt noſtri maiores, Germani veteres, aliæque gentes.*

Hypoth. General. *Hiſtoria maxime homine digna eſt ingenuo*

ætiol. *Sine hac in tenebris præterita iacent, & vt Soloni dixit Sacerdos Ægyptius, homines ſemper ſunt pueri.*

Hypoth. ſpecial. *Hiſtoria literaria omnibus ſcientiis ac diſciplinis præbet manus auxiliatrices.* Propoſ. *Dicam igitur de ſtudio Hiſtoriæ literariæ.*

Argumentum primum *ab vtili.*

Chria 1. Protaſ. *Vtilitatem in re ſtudiorum hiſtoriæ literaria præſtat ingentem.* ætiol. *Lucem enim præfert ceteris diſciplinis.*

Amplif. 1. a Defin. *Eſt autem Hiſtoria literaria cognitio virorum doctorum, variorum librorum & diſciplinarum, earumque viciſſitudinum atque fatorum.*

2. ex L. Speciei, per diſtrib. *Vtilis eſt Theologo, vt libros Scripturæ ſacræ ſuis auctoribus tribuat, recteque æſtimet; vt atheos, hæreticos, & horum oppugnatores cognoſcat: Iuris perito; cognoſcit enim legum auctores, cauſas, legum interpretes, originem & progreſſum Iuris Canonici, Saxonici, & aliarum nationum: Medico, qui cognoſcit originem & progreſſum Medicinæ, variorum morborum, & medicamentorum: Philoſopho; hunc enim docet originem ſectarum & harum doctores, varias opiniones veterum, incremen-

*menta & decrementa ſcientiarum : philologo, qui linguarum ortum, florem, decrementa, & reſtauratores, cognoſcit : humanitatis doctoribus, qui vitas Græcorum Latinorumque ſcriptorum, auctores variarum artium, rei nummariæ, artis Criticæ, & ſimilium ex ea hauriunt.*

3. a Compar. *Quod Pharus eſt nauigantibus, quod filum Ariadneum in labyrintho : id hiſtoria literaria eſt in ſtudiis literarum.*

4. ab effectu. *Facilior eſt ſtudiorum progreſſus, ſi optimos auctores cognitos perſpectosque habemus.*

Argumentum Secundum *a iucundo.*

Chria. II. *Iucundum eſt ſtudium Hiſtoriæ literariæ.*

ætiol. *Omnis enim varietas delectat, quæ maxima eſt in Hiſtoria literaria.*

Amplif. 1. a Compar. *Quod de Poetis canit Horatius :* Et prodeſſe volunt, & delectare Poetæ, *id maxime valet de hiſtoria Literaria.*

2. ab obiecto. *Varia de auctoribus occurunt ſingularia, variaque iucunda, quæ mire animum afficiunt.*

ætiol. 2. *Commendat hoc ſtudium ſui cultores viris eruditis.* ætiol. *Hodie enim præ ceteris floret, multumque æſtimatur.*

Argumentum tertium *a facili.*

Chria. III. *Eſt vero hoc ſtudii genus non difficile.*

ætiol. *A variis enim hodie excultum eſt, multisque libris perſpicue traditum.*

Amplif per med. *diuerſis ætatibus diuerſa florent ſtudia.*

ætiol. *Olim colebatur Philoſophia ſpeculatiua, poſtea Moralis, tum res nummaria: hodie res literaria floret.* amplif. per Comp. *vt res aliæ, ſic ſtudiorum quoque & diſciplinarum ſuum habent orbem atque periodum.*

Concluſio. *Non itaque negligendum eſt hoc ſtudiorum genus:* ætiol. *nam ſua ſe & vtilitate, & iucunditate, & facilitatis perſpicua ratione commendat.*

§. 11. Parentationes ſeu *orationes funebres breuiores*, quatuor partibus conſtant, quæ & ipſæ vt Chriæ poſſunt pertractari. Sunt autem partes illæ (1) Laus defuncti, (2) Dolor ex morte, (3) Conſolatio ob mortem & (4) Gratiarum actio ad exequiatores, cui (5) Votum ſubiungitur.

§. 12. Ad *Laudem* defuncti faciunt patria, parentes, educatio, præceptores, indoles, diligentia in ſtudiis, peregrinationes, dignitates, coniugium, res ſecundæ & aduerſæ, virtutes, quæ omnia vitæ rationes ſuppeditant: (2) *Dolorem* ex morte percipiunt coniux, liberi, familia, clientes, omnes boni, reſpublica, Princeps, miniſter eius ſi fuerit: (3) ad *conſolationem* faciunt (*a*) quod ad exoptatam quietem æternamque peruenerit felicitatem, (β) quod moleſtiis huius vitæ, curis, inuidia, inſectatio-

tionibus , morbis ſit liberatus, (γ) quod viuat in memoria bonorum, clientum, reipub. (4) *Gratiarum actio* cum dictis apte connectitur, & ex thematis verbis deducitur , ne oratio noua videatur: Huic (5) accedit *Votum*, quod pariter ex themate deducendum eſt.

§. 13. Obſeruandum vero eſt (1) quod pars vna præ ceteris ſubinde vel magis ſtudioſe, vel levius tractetur, prout perſonæ, cui parentatio habetur, ſuggerit conditio. Sic in funere infantis laus defuncti; in eorum funere, qui ſumma in ſenectute obierunt, dolor & conſolatio remiſſius tractatur : (2) Laus ubique ſic temperari debet, vt modeſtiæ habeatur ratio, nec veritati vis fiat. Quo maior vero laus eſt, eo grauior erit dolor, & exquiſitior requiretur conſolatio : (3) Partes varie poſſunt ordinari, prout commodum videtur, & modo a gratiarum actione, modo a dolore fieri initium. In caſu ſingulari, ſi v. g. vir ſummus maximeque meritus ſubito ſit defunctus, ſi quis aquis, vel alio modo infelici interierit, dolor percommode præbet initium.

§. 14. Diſponitur parentatio per modum Chriæ a Theſi ad Hypotheſin, vbi Theſis ſic tractatur per paraphraſin & amplificationem, vt partes quaſi exhibeat parentationis, & laus, dolor atque ſolatium ex ea fluant, & gratiarum actio quoque cum voto inde petatur, apteque cum ea connectatur.

§. 15. Theſi vel inuentioni occaſionem præbet vel *ſtatus defuncti*, dum vel Theologus eſt, vel

ICtus, vel Medicus, vel Miles, vel mercator, vel alius quiuis, vel *dies emortualis aliudue tempus*; vel *nomen*; vel *dictum aliquod defuncti*, vel *Locus Communis*; vel *ſententia*, vel *Symbolum*, vel *inſigne*, vel aliud quid eius ſimile, vti ſuperius iam declaratum fuit.

§. 16. Hypotheſis applicat Theſin *primum* generaliter vel ad vitam humanam, vel ad ſtatum conditionemque defuncti, vel ad mortis genus; deinde ſpecialiter ad defunctum, & quatuor illas partes, Laudem, Dolorem, Conſolationem, & Gratiarum actionem, imo & votum ex Theſi deriuat, & per modum Chriæ tractat, & exemplis, teſtimoniis, ſymbolis, emblematibus, ritibus, inſtitutis veterum, inſcriptionibus nummorum, inſignibus, argutiis, meditationibus & ſimilibus amplificat.

Diſpoſitio Parentationis
in funere verbi miniſtri, qui deceſſit
in verbis: *mane in me, Domine, vt in te maneam æternum.*

Theſis. Ein recht ſeeliger Abſchied aus dieſer Welt war des Käyſers Caroli V. als deſſen letzte Worte waren: mane in me, vt in te maneam æternum.

Paraphr. Er wünſchte, das Chriſtus ihn mit ſeiner Gnade und Beywohnung, in dem letzten Kampff, nicht verlaſſen möchte, damit er bey ihm der immerwährenden Himmels-Freude genieſſen könte.

ætiol. Denn wer in Chriſto bleibet, und Chriſtus

ſtus in ihm, der hat die ewige Seeligkeit zu gewarten.

Amplif. a cauſ. effic. Carolus hatte die Regierung über die Königreiche und Länder nieder geleget, und ſich 2. Jahr her zum Tode in ſeinen Cloſter bereitet, auch allbereits ſelbſt ihm ein Leichen = Begängniß halten laſſen. Sein Beichtvater Conſtantinus mochte ihm mehr, nach Lutheri reiner Lehre, von dem Vertrauen auf Chriſtum, als von Meß=Opffer und Vorbitte der Heiligen vorgeſaget haben, weswegen er auch nach dem Tode verbrandt worden.

Medit. I. Der Käyſer Carolus V. hat zwar die Proteſtanten bekrieget, aber doch immer einige Gewogenheit gegen deroſelben Lehre verſpüren laſſen.

Med. 2. Bey ſeiner Tauffe hatte die Geiſtlichkeit ihm zum Paten = Geſchencke eine Bibel verehret, nicht ohne ſonderbahre göttliche Fügung, daß unter demſelben die Bibel hervor geſucht, und die göttliche Lehre darnach eingerichtet werden ſolte. Er ſelbſt hat in derſelben fleißig geleſen, und ſein Ende iſt derſelben gemäß geweſen. ꝛc.

Hypotheſ. general. Aller wahren Chriſten Wunſch iſt, daß ſie mit Chriſto mögen vereiniget bleiben.

Hypotheſ. ſpecial. Unſer ſeelig Verſtorbene hat einen gleichmäßigen Abſchied aus dieſer Welt genom=

genommen, und ſein Leben mit den Worten des Käyſers beſchloſſen: mane in me, vt ego maneam in te æternum.

1. Laus. Prot. Wir treffen hier an einen in Chriſto bleibenden Lehrer. ætiol. Denn er blieb in Chriſto bey ſeinen Leben in der Lehre, in dem er ſeiner Gemeine nichts vortrug, als was der Lehre Chriſti gemäß war, und alles, was davon abgieng, als einen ſchädlichen Gifft meidete: (2) Er blieb in Chriſto im Glauben, in dem er beſtändig an demſelben durch wahren Glauben feſt gehangen. ætiol. Der Glaube iſt das Mittel, dadurch wir in CHriſto bleiben, und an dieſen Weinſtock lebendige Reben ſeyn: (3) im Lebens-Wandel, in dem er alſo gelebet, daß er nach der Regel und Exempel CHriſti ſein Leben eingerichtet, und da er ſich ſeiner Sünden erinnert, durch CHriſtum Vergebung geſuchet. Wie er aber in CHriſto alſo geblieben, ſo iſt CHriſtus auch bey ihm geblieben, und hat ihn durch ſeinen Geiſt regieret ſo wohl in ſeinen Ampte, als in ſeinen Lebens-Wandel. ꝛc.

2. Dolor. Prot. Nun aber iſt er durch den Todt entriſſen, der ſeine Zuhörer ſo treulich zu Chriſto führete, daß auch ſie in ihm bleiben möchten. ætiol. Denn ein unverhoffter Schlag-Fluß hat ihm den Lebens-Faden verkürtzet. ꝛc.

Prot. 2. Dieſer unvermuthete Todt hat bey jederman eine unglaubliche Betrübniß erwecket.

ætiol.

ætiol. Denn es bedauren ihn die Zuhörer. ꝛc. Es beweinen ihn die Hinterlaſſene Wittwe und verwaiſeten Kinder ꝛc.

3. Solatium Prot. Er hat nun erlanget, was er gewünſchet. ætiol. Denn er iſt und bleibt in CHriſto in Ewigkeit, da er ohne Ende denſelben preiſen wird, und die ewige Seeligkeit genieſſen. ꝛc.

Prot. 2. Auch mit der Hinterlaſſenen will Chriſtus bleiben. ætiol. Denn er wird ſie, als ein Vater wiſſen zu verſorgen. ꝛc.

4. Gratiarum actio. Protaſ. Sie, wertheſte Anweſende, ſind in der Liebe und Gewogenheit gegen den ſeelig Verſtorbenen ſo wohl im Leben, alſo auch im Tode geblieben. ætiol. Denn ſie haben demſelben die letzte Ehre durch ihre geneigte Gegenwart erwieſen. Dieſes erkennen die Leidtragende mit inniglichen Danck.

5. Votum. Sie wünſchen hertzlich, daß GOtt mit ſeiner Gnade ſtets bey ihnen bleiben, und Sie hinwiederum in GOtt, und nach langen Jahren, in der ſeeligen Ewigkeit bey ihm verbleiben mögen.

§. 17. Dantur & alii parentationes diſponendi modi, vtpote per Antecedens & conſequens; per modum ſyllogiſmi; per inſperſos vitæ curriculo Locos communes ac Meditationes, & qui præter hos pro oratorum arbitrio deliguntur. De hoc ſermonum genere pluribus agunt Georg. Gœzius, Weid-

Weidlingius, Weiſſenborn, Heinius, aliique plures.

§. 18. Mos eſt alicubi, vt breui gratiarum actione parentatio fiat; quæ per antecedens & conſequens poteſt diſponi.

Anteced. Sie ſind verſamlet die Leiche eines hoffnungs-vollen Sohnes zu begleiten.

Connex. Die Leidtragende Eltern und ſämmtliche Familie erkennen dero Gewogenheit vor eine beſondere Ehre, die Ihnen bey dieſer Betrübniß zu ihren kräfftigen Troſt gedeiet.

Conſeq. Derowegen bin befehliget in dero Nahmen zu dancken.

§. 19. Poteſt tamen & hic Antecedens per ætiologias & amplificationes extendi & dilatari.

Antec. So unvermuthet, ſo ſchmertzens-voll iſt die gegenwärtige Leiche.

ætiol. 1. Denn die blühende Jugend verſprach ein langes Alter.

Amplif. per contr. Ob gleich der Todt keinen Unterſchied machet, ſo iſts doch der Natur gemäß, daß man von der Jugend längere Jahre hoffet: quod vberius illuſtratur.

ætiol. 2. Die Hoffnung rühmlichſter Tugenden, die jeder von ihm gemacht, iſt verwelcket. ampl. a compar. Aus der Blüthe kennet man den Baum, und urtheilet von den Früchten: illuſtratur ex vitæ curr.

ætiol.

ætiol. 3. Die Stütze, ſo ihnen die werthe Eltern verſprochen, iſt dahin gefallen. illuſtr.

Connex. So groß die Betrübniß der Leidtragenden, ſo iſt ſie doch einiger maſſen gemildert durch die anſehnliche Gegenwart der Leichen Begleiter. ætiol. Sie erkennen daraus dero auffrichtige Gewogenheit gegen ſich, und die Liebe gegen den Verſtorbenen.

Conſ. Derowegen bin beordert ihnen desfals zu dancken: vbi quatuor partes omnes habentur.

§. 20. Per ſyllogiſmum ſi diſponitur, tum tria requiruntur enthymemata, ſeu oratorii ſyllogismi.

1. Mai. Ein wohl-verdienter Mann, der in den beſten Jahren dem gemeinen Weſen durch den Todt entriſſen worden, wird billig beklaget.

Min. quæ continet laudem: N. N. war ein wohl-verdienter Mann, und iſt durch einen unvermutheten Todt uns entriſſen worden.

Concluſ. quæ dolorem continet; Ergo wird er billig beklaget.

2. Mai. Wer zur ewigen Seeligkeit gelanget, und ein rühmlich Andencken hinterläſt, iſt nicht zu ſehr zu bedauren.

Min. continet Conſolationem: Der Verſtorbene iſt zur ewigen Seeligkeit gelanget, und läſſet ein rühmlich Andencken.

Con-

Concluſ. Ergo, iſt er nicht übermäßlich zu betrauren.

3. Mai. Was die Leidtragende aufrichtet, verdienet ergebenſten Danck.

Min. Die anſehnliche Gegenwart richtet ſie auf.

Concluſio, quæ eſt gratiarum actio, E. verdienet ſie Danck. Maior vbique vt vrgeatur & amplificetur, neceſſe non eſt, cum raro apud oratores maior addatur. Hic Maior ſecunda & tertia abeſſe poſſunt, & ſic enthymemata oratoria erunt.

§. 21. Loci Communes & Meditationes tum alias, tum ibi maxime locum habent, ſi vitæ curriculum non ſit cognitum, vel non multa ſuppeditet; ratio & modus ex ſupra dictis conſtare poteſt.

## *CAPVT DECIMVM.*

## DE PRONVNCIATIONE ORATORIA

### §. I.

PRonuntiatio ſeu Actio oratoria eſt decens vocis ac corporis pro rerum ac verborum conditione ac dignitate moderatio.

§. 2. Multum in hac momenti ſitum eſt, ita vt ab ea inprimis æſtimentur oratores, & diſerti, vel indi-

indiſerti laudem reportent. Nam ſi optime omnia in oratione habeant, resque præſtantiſſimæ ſint & inuentæ, & diſpoſitæ, & eleganti etiam dictione perſcriptæ, tamen ſi idonea pronunciatione & actione deſtituatur, frigebit, nec auditorum mentes occupabit, & parum diſertus habebitur: contra ſi vel mediocris fuerit oratio, conueniens vero actio acceſſerit, vt auribus æque ac oculis percipiatur, tum & animi mouentur auditorum, & laudem refert orator.

§. 3. Hinc eſt, quod oratio, quæ cum auditorum admiratione audita fuit, non raro, ſi literis expreſſa legatur, eandem gratiam non habeat, & infra exſpectationem lectoris deprehendatur, cuius non alia cauſa eſt, quam quod actio commendauerit eam. Hæc cauſa fortaſſe eſt, quod Pericles nullam ediderit orationem, & quod Hortenſius, cum edidiſſet quasdam, euiluerit.

§. 4. Excelluerunt hac in arte veteres Græci Romanique; & apud illos quidem Pericles, qui fulgurare dictus eſt, & Demoſthenes, qui æmulum ſuum Aeſchinem, oratorem pariter diſertum, externæ vi ſuadæ & eloquentiæ in exilium abire coegit: apud hos autem Cicero, qui cum initio in oratione pro Roſcio, vocem agreſtem & inſuauem, teſte Plutarcho, haberet, poſtea cum Athenis ad præcepta rheto-

rum vocem accommodauit vſu frequenti, ſuauem & gratam ſibi comparauit.

§. 5. Poſtea externa hæc eloquentia a chriſtianis etiam doctoribus recepta fuit, in qua principes facile fuerunt inter Latinos Ambroſius, & inter Græcos Chryſoſtomus; hic enim aurei oris inde nomen tulit, & illum vt audiret Auguſtinus, ipſe rhetor, Carthagine Mediolanum eſt profectus, ſuæque conuerſionis ibi nactus eſt occaſionem. In Germania Albertus M. teſte Gandulpho, primus externam eloquentiam, quæ in varia geſtuum compoſitione conſiſtit, in ſuggeſtum adduxit, eaque in ſui admirationem rapuit auditores.

§. 6. In deperditis eſt veterum eloquentia externa, ſiue pronunciationem, ſiue geſtuum rationem ſpectes. Petrus Francius, Amſtelodamenſis Gymnaſii Rector, qui ipſe actione excelluit, in eo elaborauit, vt doceret, quæ veterum fuerit & pronunciationis & geſtuum ratio. Hinc Orationes Ciceronis atque Demoſthenis & aliorum recitare iuſſit, monſtrauitque, quomodo auctori conuenienter haberi poſſent, de quo teſtantur eius orationes, Amſtel. 1705. 8.

§. 7. Comica actio vt multum iuuare poſ-

poſſit oratoris actionem ; eſt tamen in multis diuerſa. Illa liberior eſt in voce & geſtibus, hæc magis adſtricta, & pro oratoris conditione non eadem vbique.

§. 8. Eſt namque obſeruandum, quod alia actio deceat ſenem, alia iuuenem ; alia oratorem ſacrum, alia ciuilem, alia ſcholaſticum ; quodque in omnibus modus ſit obſeruandus & nihil obtinere debeat, quod affectatum ſit, & contra naturam ; omnis enim affectatio eſt inviſa, & in ſeriis orationibus ſuſpecta.

§. 9. Duo ſunt ſenſus, per quos oratio in animos ſe inſinuat, eosque deuincit, Aures & Oculi : hinc Actio oratoria duobus abſoluitur, pronunciatione & geſtibus.

§. 10. Pronunciatio ſuauis, clara & diſtincta beneficium naturæ quidem eſt, ſuntque nonnulli per naturam quaſi facti ad dicendum ; poteſt tamen etiam multum adiuuari induſtria atque exercitatione, id quod exemplum Demoſthenis, qui ne primam Rhetoris literam potuit pronunciare, inprimis confirmat.

§. 11. Vt mature quis aptæ aſſuefiat pronunciationi, vocemque moderari addiſcat, iuuat celeberrimi Helmſtadienſium Profeſſoris,

manni von der Hardt, ſequi conſilium, qui alio licet fine Græcos iubet auctores, addo Latinos & vernaculos, inprimis S. codicem vel diſertos ſermones ita legere, vt vocem in pronunciando ſolicite moderemur, affectumque auctoris exprimamus, ita vt per lectorem ſua pronunciare quodammodo videatur. Vid. Studioſus Græcus p. 56. ſ. Romani ſuos habebant anagnoſtas ſeu lectores, quibus multum tribuebant, ſi recte conuenienterque ſcripta vel dominorum in eruditorum, vt moris tum erat, præſentia, vel aliorum Dominis prælegerent ac pronunciarent.

§. 12. Vitia pronunciationis præcipua ſunt 1. vox vniſona ſeu monotonia, 2. vox nimis præcipitata, aut etiam nimis tarda, 3. ſonus inarticulatus, 4. tuſſis frequens, vel de induſtria quæſita, aut ſcreatio, 5. vocum aliquot repetitio, 6. ſyllabarum vltimarum ſuppreſſio, 7. intra ſenſum & in medio commate reſpiratio, 8. vox ſubſultans & cantillans, 9. vox nimis ſonora, aut nimis remiſſa, & 10. vocis nimius ſaltus.

§. 13. Virtutes pronunciationis ſunt 1. puritas, hoc eſt, vox clara & ſuauis, non raucedine corrupta, aut per nares fuſa; 2. perſpicuitas, quæ conſiſtit in articulata vocum & ſyllabarum expreſſione, & in interpunctionum ſeu commatum atque colorum obſeruatione;

3. mo-

3. moderatio, ſeu apta iucundaque pro loci & materiæ ratione varietas.

§. 14. Anima lectionis atque pronunciationis eſt tonus ſiue accentus, facitque, vt non ſit frigida & ſomnolenta oratio, meritoque a pueritia ad idoneam pronunciationem aſſueſieri adoleſcentes deberent. Sed vbi collocandus ſit accentus, id non perinde conſtat ac certum eſt,

§. 15. Quod in corpore humano oſſa ſunt & nerui, id in oratione ſunt adiectiua & aduerbia, eoque in his fere ſemper vis eſt & emphaſis. Plenius igitur atque magis ſonore ſiue cum tono pronuncianda ſunt aduerbia, adiectiua, inprimis comparatiui ac ſuperlatiui gradus, & quæ magnitudinem ſignificant, tantus quantus, magnus, ingens, plurimus, maximus, inſignis, immenſus. immanis, incredibilis, infinitus, & ſimilia; tum quoque Figuræ, Anaphora, Epixeuxis, Exclamatio, & eius generis aliæ.

§. 16. Inprimis vero ratio habenda eſt materiæ, quæ prout varia ac diuerſa eſt, ita diverſam etiam requirit pronunciationem. Alia namque vox ſit in lætis, alia in triſtibus rebus, alia in gratulatione, alia in doloris ſignificatione, alia ſi vitia corripimus & exprobramus, alia

in comminatione, alia in promiſſione; alia ſit irati animi, alia conquerentis, alia tripudiantis atque gaudentis. Quæ vt recte formetur, cogitandum eſt, quomodo loqui ſoleat vel iratus, vel gaudens, vel triſtis & querulus, vel minas ſpargens, vel deprecans, & eius generis alii, & ad eius rationem vox componenda.

§. 17. Optime autem & pronunciabit orator ea, quæ ad affectus pertinent, & affectus in auditoribus excitabit, ſi ipſe affectus eosdem, quos vult exprimere, v.g. gaudii, triſtitiæ, iræ, miſericordiæ & ſimilium, induat: id quod fiet, ſi rem proponendam bene expendat animo atque ita comprehendat, vt ipſo commoueatur; quo facto vox facile affectum ſequetur.

§, 18. Cum apta pronunciatione etiam coniungi debent conuenientes geſtus, quæ vividam reddunt orationem. Actio enim oculos detinet, facitque vt auditor magis ſit attentus, mentemque dicentis facilius aſſequatur ac commoueatur, perfectique demum oratoris laus inde exſurgat. Geſtus enim & oculis ſenſum ingerunt eosque commouent, qui verba non aſſequuntur. Muti eiusmodi oratores olim erant hiſtriones, mimi & pantomimi, qui ſolis geſtibus mentem exprimebant ſuam, quomodo Roſcius

ſcius comœdus, Cicerone teſte in oratione pro Archia, cum ipſo certauit, quis ſæpius rem vnam eandemque poſſet efferre, ipſe geſtibus, an Cicero verbis. Et in aula Turcica homines ſurdi mutique aluntur, vt explorent & obſeruent hominum actiones, & deinceps geſtibus ſuis effingant & prodant.

§. 19. Maior olim geſtuum vſus fuit, cum in foro dixerunt ad ciues oratores, quam eſt hodie, etſi modum & tum probarint, diſtinctumque eſſe voluerint oratorem ab hiſtrione & mimo. Cicero notauit propterea Hortenſium, quod in motu & geſtu plus artis habuerit, quam oratori conueniret; vt hinc prima lex ſit geſtuum, mediocritas, quæ præ ſe fert modeſtiam.

§. 20. Vt conuenientes exiſtant geſtus, & audientes commoueant, rebus pariter ac verbis oratoris debent accommodari & affectum exprimere. Sic vultus, præcipuus animi index, in rebus lætioribus lætus, aut exporrectus, in triſtibus demiſſus, in odioſis iratus vel moroſior effingetur. Hæc vero & ſimilia ſimplici fieri debent ratione, vt ex ipſa rerum conditione ſic fluere videantur: quod enim affectatum eſt, & artem redolet aut prodit, id tædioſum eſt, & de fide dicentis multum detrahit.

§. 21. Perſona dicentis & audientium modum præſcribit geſtuum: alii namque geſtus iuuenibus, alii ſenioribus conueniunt; alii in præſen-

ſentia perſonarum illuſtrium, alii in concione civium decent, cum ibi modeſta reuerentia requiratur, hic vero vehementiores eſſe queant; alii oratorem ciuilem, alii ſacrum ornant; dum illi maior geſtuum licentia permittitur, ab hoc tales requiruntur, qui ad deuotionem & grauitatem ſunt compoſiti.

§. 22. Nimia videri poſſet induſtria Demoſthenis, qui in ſpeculo prius contemplatus eſt geſtus, num orationi conuenientes ſint, niſi conſtaret, quantum muta hæc eloquentia valuerit in populo. Quomodo in Italia tempore paſſionis concionatores id agunt ſolicite, vt affectus exprimant geſtibus, & auditores commoueant; in quo genere facilius exercentur, quandoquidem eosdem ſermones diuerſis in locis habere ſolent.

§. 23. Nec vero ad eosdem omnes apti ſunt geſtus, nec quemuis licet imitari. Alius enim ad vehementiores, alius ad ſedatos compoſitosque magis inclinat, fere prout vocis ac pronunciationis ſe habet ratio: natura enim & hic modum ſuppeditat, qua inuita nil debet fieri.

§. 24. Nunc ſpeciatim agendum eſſet de geſtu ſingularum corporis partium; ſed in hiſce monitis generalioribus iam acquieſcemus. Videri interim poſſunt Conrarts orator, Chr. Weiſe in Præfat. des freymüthigen Redners, alii.

# FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0165-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0166-0

37 19/K6 1

VD18

ULB Halle 3
007 105 088

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0167-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0168-1

*PTA*

IIS

SVCCIN-

ETITA

VORVM

TA

HARDO, R.

*TIA*

RVCTIOR.

vilegio.

*RGI,*

WANII, Typ. Avl.

I.

8 64

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-793153-p0169-0